William Henry Dougl

THUCYDIDIS

DE BELLO PELOPONNESIACO

LIBRI OCTO.

Excudebant Collingwood, Newman, et Baxter.

THUCYDIDIS

DE BELLO PELOPONNESIACO

LIBRI OCTO

CUM VERSIONE LATINA

ET

VARIIS LECTIONIBUS

EX EDITIONE

CAROLI LUDOVICI BAVERI

ACCURATE EXPRESSI.

VOL. I.

OXONII:

Prostant venales apud J. Parker, et Robert. Bliss; et T. Payne, et F. C. et J. Rivington, Londini.

MDCCCXI.

BIBLIOPOLÆ LECTORI.

VEL ex ipso hujus operis titulo, Amice Lector, satis constat nos contextum, varietatem lectionis, et versionem Latinam ad fidem editionis Lipsiensis, a VV. DD. Gotttlebero et Bavero, et his quidem morte abreptis, Beckio procuratæ, exhibuisse. Id solum in præsenti monendum judicamus, modo hæc nostra ratio viris eruditis haud ingrata visa fuerit, in lucem aliquando proditura Scholia Græca, quibus subjicientur notarum et animadversionum apparatus locupletissimus, priorum editionum præfationes, et index Græcitatis longe auctior eo, quem nunc, compendii caussa, ex exemplari Edinensi mutuum sumpsimus.

Octob. 1811.

C. L. BAVERI

PRÆFATIO.

QUOD usu fere venire videamus, ut, qui in aliquo certo genere literarum vel parte versentur, omnes quidem veluti regiones ejus provinciæ pervagentur, neque ullam earum ex cura sua studiove sepositam habeant, ita tamen, ut, in reliquis quasi peregrinantes, in una tamen habitent, ut sedem collocent, unde etiam si ad reliquas excurrerint, tamen libenter ad illam, veluti notiorem aut familiariorem, id est, reliquis gratiorem, recurrent: id ab illis utique fieri, deprehendas, quibus, propter infinitam fere copiam, varietatemque insignem, qua rerum, qua orationis, et detur hoc facere, et vero pronum sit, propter similitudinem, ac veluti συμπάθειαν, quæ cujusque ingenio intercedat cum aliqua materia studii sui tam late diffusi ac pertinentis, in qua parte et libentius et vero promtius faciliusque, ob id ipsum, versetur; salubriter admodum consulente Deo literarum quoque bonarum studiis, nihil ut intactum negligatur, nihil spretum jaceat, aut ob difficultatem repudietur, sed partibus pro virili cujusque parte tractandis in summam proficiatur. Ita, Ernestium, ipse testis au-

divi, et vero alii sciunt, cum omnes scriptores pari fere amore studioque prosequeretur, Ciceroni tamen præ ceteris deditum fuisse. Hunc nimirum et in schola pluribus horis, quam alios, quin assidue et continuo, interpretabatur; in hoc legendo semper versari jubebat; quod ipsum (adeo sua cuique mens est, suum ingenium, sua quemque voluptas trahit!) ne discipulo quidem mihi, tum impense amanti magistrum et unice admiranti, persuaderet, aut eriperet, quin multo magis invitatus tenerer periodica Livii implicatione et coagmentatione; quam ita penitus combiberim, ut etiam in meam orationem redundarit, breviores sententias plane refugientem, participiorum et periodorum salebras consectantem, et, quæ conjuncta videam, ut jungi posse, uno ambitu complexam; impeditiorem ideo multis visam et obscuriorem; quam ipse subinde revocare studuerim ad leniorem simplicitatem; ut tamen æquum censerem, exspectare, ut, qui vere Latina legere vellet, Livianæ quoque orationis gnarus accederet. Sed non imitatio modo difficilioris orationis mihi placuit, sed multo magis *interpretatio*, cui latior campus et operosior pateat per difficiliora, quibus intelligendis etiam auditores meos subigere gestiam. Quid mirum, si et *Thucydidis* oratio placuit illa similitudine impeditioris obscu-

ritatis, interpretem poscentis et exercentis sat diligentem? Quod, mature satis propositum mihi, ut qui mihi persuasissem, arcem et vim omnem disciplinæ Ernestianæ positam esse in intelligentia interpretandi, effecit, ut mature satis cupideque versatus in tractando Thucydide jam primum scribendi vel libelli edendi periculum facerem specimenque proponerem de LECTIONE Thucydidis optima *interpretandi disciplina*, quam post quinquennium exciperent *Conciones Thucydideæ* a me editæ; ex qua opera nata prodiit *Philologia Thucydideo-Paullina;* quippe et Paullum eadem orationis difficultas eidem mihi commendabat. Quin et *Lexicon* vel *Glossarium Thucydideum* cum *Figurarum* ejus *Notatione*, jam ex parte conjeceram in chartas, editurus, nisi aut alia intervenissent mihi demandata, aut sine ipso Thucydide satis probaretur talis opera redemtori librario; cujus copiam, plane ut scirem, me debere obsequi huic studio meo, mihi obtulit casus plane inopinatus, abruptæ hujus operæ per mortem præmaturam B. Gottleberi, Scholæ Provinc. Misnicæ Rectoris Celebris, cui primitus demandata hæc editio per Ampliss. Schwickertum, Lipsiæ florentem Bibliopolam, morte B. Auctoris velut hereditario ad me transmissa, nunc prodire incipit, faxit Deus, feliciter! Hic ego quid præstiterim

forte, non meum est interpretari, sed peritorum existimatio et æquorum. Opera tamen data est, a redemtore quidem, Viro Opt. ut *textus Græcus Duckerianæ* Editionis, cum *Scholiis* Græcis, *Notis* deinde Virorum Summorum, H. Stephani, Hudsoni, Wassii, Duckeri, accurate exscriberetur, adjecta vel servata Interpretatione Lat., tum deinde *B. Gottleberi* Annotationes, quoad ab illo compositæ pergerent, Duckerianis suggererentur, quas, extremo loco, meæ exciperent. Quæ subjecta sunt a Viris Doctiss. Editioni, et hic in extremo reddentur, ut prolixiora, quam quæ, Notis inserta, sub textum subjicerentur. *Indicem* quidem e Duckeriano, Gottleberiano, et meo, conflatum dabimus. Equidem sedulo feci, ut, quæ explicari juberet ipse contextus, ipsi subjicerem; de singulis vocabulis ad Indicem ablegarem: Gottleberi Annotationes, quoad exstarent, integras adderem, nullo admodum verbo omisso aut mutato, ne ubi leviora quidem aut minime necessaria apponere, aut minus Latine scribere, mihi subinde visus esset, multo magis, ubi dissentiret mecum, aut me reprendisset: quibus satisfacere interdum studui: in plerisque tamen mecum sentit, quin me auctore utitur. Præclarissimam autem operam præstitisse censendus est copia data Variæ Lectionis duorum *Codicum*: alterius *Augustani*,

de quo exponit Cel. Mertens, Ill. Gymnas. August. Rector dignissimus, in *Diatribe* 2. de *Augustanæ Biblioth. Cimeliis*, Pag. VIII. n. 3. his verbis:

"Magnæ venustatis codex membranaceus, quo totus Thucydides comprehenditur. Est ille pulcherrima librarii manu scriptus, paucis tantum foliis exceptis, quæ recentiorem produnt manum, cum a vetustate, tum ab elegantia, quibus ille Demosthenem (nempe Codicem Demosthenis, prius ibi memoratum,) superat, multum commendandus. Atque miror, cur, præter Hœschelium, qui quasdam lectionis varietates, olim excerptas, Stephano dedit, nemo in hunc codicem, quo elegantiorem non habemus, studiose inquisiverit, eumque tractaverit curiosius. In Reuseri Catalogo p. 69. n. 40. recensetur in hunc modum: Thucydidis historiarum libri octo cum scholiis ad marginem, (minutis, sed nitidis sane literis). Habet ille codex, uti Demosthenis, iota, quod posteriori tempore subscribere cœptum fuit, ad latus adjectum v. c. ἐκείνηι τῆι ἡμέραι, literas Demosthenicis, supra memoratis, et elegantiores et majores, eundem atramenti colorem, sed formam, quam dicimus, maximam, et nobiliorem membranam. A tineis et musculis sartus et integer est servatus et purus; scriptura calligraphi rationem docet, exceptis

octo foliis, quæ tachygraphi modum præ se ferunt. In priori pagina, pinguiori et posteriori manu adjecta hæc verba leguntur: αὕτη ἡ βίβλος ἐστὶ τοῦ μητροπολίτου τῶν Ἀθηνῶν Ἰσιδώρου, ἣν ἐκ τῆς πόλεως αἰχμαλωτισθεῖσαν, (ita Mertens—non ω, dubium a manu scriptoris, an perperam typis expressum,) ἐξηγώρακεν (ita rursus, non ο,) ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοῦ. Hic in marg. Diatribes Gottlebero transmissæ adscripserat Vir Ampliss. qui Cod. contulisset. *Hic desunt sequentia*: καὶ πρὸς ὃν ἂν τύχοιεν περιπεσεῖν, εὐχέσθω τῇ ψυχῇ τούτων κεκτημένων τοῦ λυτρωθῆναι τῆς αἰωνίου κολάσεως· καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλείας τυχεῖν. Et postica paginæ parte: ἐκοιμήθη ἡ ἁγία κυρία μου ἡ μοναχὴ κυρία Θεόδωρα ῥαουλαῖνα καντακουζηνὴ, κομνηΝΗ` Ἡ Παλαιολογὴ, ἡ ἐξαδέΛΦη τοῦ εὐσεβεστάτου βασΣΙΛέως κυρίου Ἀνδρονίκου, ἐν ἔτει ςωθ! ἰνδικτίωνος ιδ κατὰ τὴν ς δεκεμβρίου μηνός. ὥρα ς τῆς αὐτῆς νυκτός. Cujusmodi historiolas vel ad calcem, vel ad frontem libri, adjicere quoque moris fuit librariis, quippe quos vel annum, vel mensem, vel diem, vel horam, qua absolutus fuit liber, aliquoties adscripsisse animadvertes. Fuit Græcorum ratiocinandi modus ille, qui ab orbe condito usque ad natum Christum numerat annos 5508. quos si demas, annum Christi reperies. Locus autem, quem in tabula vides, literis vulgaribus ita legitur: Καὶ τὰς διαβολὰς, καὶ περὶ τῶν φοινίσσων νέων καὶ τῶν

ἄλλων ὡς εὐπρεπέστατα ἀπολογήσηται. καὶ ἀφικόμενος πρῶτον ἐς Ἔφεσον, θυσίαν ἐποιήσατο τῇ Ἀρτέμιδι, ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμῶν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦνται." Complura hic perperam expressa mutare nolui, quæ forte in ipso Cod. ita essent; cujus Notationi Mertensianæ adscripsit in Exemplo Diatribes ad B. Gottl. transmisso, Vir Cl. a quo collatum Cod. accepisset, Germanice quidem, sed a me hic Latine reddito: Codex 269. foliis (scidis) exaratus. Scholiorum literæ in quibusdam paginis sane evanuerunt. Duæ paginæ, alia alia loca desideratæ, a manu alia redditæ, obiter intuenti videantur orientalibus literis scriptæ; reliqua quidem venuste et distincte exarata. Nuspiam est litera major initialis, neque nominibus propriis (hominum aut locorum) neque initio sententiæ." (Scholia addita habet, in margine pleraque, inter versus quædam.)

Hunc ergo Codicem diligenter collatum a Clar. V. accepit Opt. Schwickertus, et per duos libros priores Lectionis varietatem Duckerianæ edit. addidit B. Gottleberus, ego reliquis. Quod idem pari modo factum est in altero Codice, quem *Mosquæ* collatum, dum ibi agebat, B. Editori tradidit Cel. et Excell. Matthæi, P. P. mox successor ipsius B. Gottleberi, nunc Professor Vitebergensis: cujus Codicis descriptionem addimus et

ipsam verbis Doctiss. Matthæi, ad me humaniter perscriptam.

"Notitia Codicis. (Mosqu.)

"Servatur nunc in bibliotheca sanctissimæ Synodi Mosquensis, estque, eorum, qui sunt in forma majori, CCXVII. Fuit quondam in bibliotheca Maximi Margunii, ἐπισκόπου κυθήρων, ut ipse sua manu notavit. Eo mortuo cum aliis illius libris translatus est in monasterium montis Athus Iberorum, ac denique regnante Petri M. patre Mosquam. Complectitur folia CCLI. estque chartaceus. Scriptus videtur in Italia ineunte seculo XV. continet historiam Thucydidis cum scholiis, ejusdem vitam, quæ in Edit. Duck. legitur p. 10. 11. 12. epigrammata, quæ ibidem leguntur p. 12 et 17. nec non Dionysii Halicarnassensis (in Cod. ἁλικαρνασεως;) libellum, περὶ τῶν θουκυδίδου ἰδιωμάτων. Hic libellus tamen fine caret. Desinit enim in vocabulis παρομοίων καὶ παρισώσεων p. 136. vers. 35. edit. Sylburg. In principio et in fine historiæ Thucydidis adscripta sunt nonnulla Scholia in marginibus a manu recentiori. Ab eadem manu post finem historiæ in proxime sequenti folio hæc nota reperitur: 'Αντώνιος μεδιολανεὺς κρὴς τὸ γένος τὰ ἐνόντα ταύτῃ τῇ βίβλῳ σχόλια ἐνέθηκε."

Et hujus ergo Codicis Lectt. Var. reliquis sex libris adscripsi. Omnino tamen monue-

rim Encliticarum in illo Cod. negligi Grammaticam rationem, accentum rejicientium in vocabulum prius; immo retinere accentum, nec prius vocab. mutare in gravem: velut, pro αὐτόν τι, scribitur αὐτὸν τὶ, et sic perpetuo; quod, semel notatum, in singulis notari, non magis attineat, quam plura præfari, redditurum post absolutam Editionem Textus Duckeriani, (et præterea additorum in Edit. Duckeri,) quæ addenda aut ipsi mihi, aut ab aliis monito, vel Opt. Schwickerto, visa fuerint; quibus reddendis plus forte otii, vel temporis deinde suppeditet. Deus bene vertat!

Dab. Hirschbergæ, Verni mercatus Lips. tempore, 1790.

Elenchus codicum Thucydidis adhuc collatorum, editionum, versionum, et libellorum ad eum illustrandum spectantium.

CODICES.

QUI codices ab Aldo Manutio et Ant. Francino in curandis primis editionibus, Aldina et Florentina, fuerint adhibiti, incertum est. Ex epistola ab Aldo ad Dan. Rainerium, Venetùm patr. scripta, colligi posse videtur, codices ab Rainerio accepisse Aldum, ad quos Thucydidem typis redderet. Florentina autem editio Aldinam potissimum expressit.

Codicem *Basileensem*, qui Constantinopoli ab Eugenio Papa (sic enim Græci vocarunt suos magistros) donatus sæc. XV. ineunte Joanni Aretino cuidam Basileam pervenerat, contulit *Hervagius* in usum Camerarii, verum non satis diligenter. Itaque *J. J. Wetstenius* eum denuo comparavit, atque lectionis varietatem inde excerptam et scholiorum supplementa cum *Dukero* communicavit, qui eorum p. (25)—(34) maximam partem separatim exhibuit hac præmissa animadversione :

" Adnotata hic sunt omnia, in quibus cod. Ms. ab edit. Basil. discrepat, etiam ubi eadem est scriptura hujus edit. quæ MSti, exceptis iis, quæ ex adnotatt. Camerarii jam ante in Var. Lect. posuerat *Hudsonus*, et emendationibus errorum typographicorum, quibus ed. Bas. scatet. Quæ aliter in hac edit. ac in Basil., cujus scriptura in Var. Lect. Hudsoni est, leguntur, ea omnia, si nihil adnotatum est, eodem modo in Ms. quo in ed. Bas. scribuntur. Sed quia animadverti, *Hudsonum* in describenda lectione *ed. Bas.* aliquot locis aberrasse, ea quoque adnotanda visa fuerunt, quoties in illa incidi : nam et alia esse credo, a me non animadversa, quoniam totam edit. illam cum Hudsoniana non contuli. Hoc quoque monendus est Lector, me primum tantum excerpta variantis scripturæ e Lib. VII. et VIII. profligato jam ab operis Libro VII. accepisse, ob eamque causam varias lectiones hujus libri in *Addenda* contulisse : deinde, quum jam typis exscripta fuissent Addenda, exemplar edit. Basil. cum MS.

conlatum nactum esse, et ex eo cognovisse, quædam aliter in MS., cujus scripturam hic exhibui, legi, quam e Camer. Hudsonus adnotarat, et ego ex Excerptis illis in Var. lectionibus scripseram."

In nostra ed. codicis lectiones cum reliqua varietate junctæ leguntur.

Parisinos codices fortassis Henr. Stephanus consuluit. Certe in ep. primæ editioni præmissa se dicit veterum codd. lectionibus conquirendis curam et diligentiam maximam adhibuisse. In secunda autem edit. non novis codd. præsidiis usus esse videtur.

Parisinus cod. n. 3044. cujus lectt. cum Dukero communicavit Wetstenius.

Codices *Anglicos* haud perfunctorie, sed magna cum diligentia se contulisse dicit Hudsonus. Sunt autem hi: unus bibl. Norfolcianæ; alter bibl. Coll. Corp. Christi Oxon. qui Claymondi primi præsidis olim fuerat; tertius, qui conciones tantum complectitur, bibl. Baroccianæ; quartus bibl. Henrici com. Clarendoniæ. De ætate et indole eorum nihil monuit.

Habuit idem codicem chartaceum, quem, quia Grævius miserat, *Grævianum* appellat; possedit autem tum Guil. van. Cleef, causarum patronus, qui cum deinde in publicam bibliothecam *Trajectinam* intulit. Eum multo diligentius in usum suæ edit. adhibuit Dukerus.

Codex *Cassellanus* bombyc. sæc. XIII. a Dukero collatus, qui in præf. videndus est. Add. *Schminke* Beschreibung der Hauptstadt Cassel p. 206. ss.

Codex *Havniensis*, sæc. XIV. ut videtur scriptus, sed ita, ut inde a medio libro quinto recentior manus eum exaraverit, emtus Venetiis a. 1699. a Fred. Rostgaardo, Dano; cujus lectiones Grammius ad Dukerum misit.

Vindobonensis codex, inter codd. histor. græc. bibl. Cæsareæ n. XXXIII. unde varias lectiones Alterus excerpsit. Idem contulit locos Thucyd. a Stobæo laudatos cum cod. Vindob. Stobæi inter Codd. philosophh. græc. N. LXVII.

Codices *Augustanus* et *Mosquensis*, quorum variæ lectt. in hac edit. leguntur. v. præf. T. I.

De ceteris codd. nondum accurate consultis v. Cel. Harles. ad Fabric. B. Gr. T. II. p. 729. Add. *Morell.* V. C. Bibl. msta gr. et lat. (Ven.) T. I. p. 237.

EDITIONES GRÆCÆ INTEGRI OPERIS.

Thucydides (græce)—Venetiis in domo Aldi Mense Maio. M.DII. In fol. vid. *Renouard* Annales de l'imprim. des Alde T. I. p. 50. s. Serie dell' Ediz. Aldine ed. 2. p. 16.

Scholia græca anno post idem Aldus, adjecta aliis operibus edidit: *Xenophontis* omissa; quæ et græca gesta appellantur. Georgii Gemisthi: qui et Pletho dicitur: ex Diodori: et Plutarchi historiis de iis: quæ post pugnam ad Mantineam gesta sunt: per capita tractatio. Herodiani a Marci principatu historiarum libri octo: quos Angelus Politianus elegantissime latinos fecit. *Enarratiunculæ antiquæ: et perbreves in totum Thucydidem:* sine quibus auctor intellectu est quam difficillimus. Græce. Venet. in Aldi Neacademia mense Octobri M. DIII. In fol.

Quum Asulanus a. 1525. Xenophontem integrum ederet, recisa historia græca Xen. reliqua ex superiore edit. novo titulo et præfatiuncula præmissis vendidit:

Georgii Gemisti, qui et Pletho dicitur, ex Diodori etc. *Enarratiunculæ—in Thucydidem*—qua difficillimus. Gr. Ven.—m. Oct. MDIII. f. Sed titulus novus est 1525, et tertium a. 1527. præfixus.

v. *Renouard* p. 64. s. Serie p. 22. s.

Thucydides gr. cum scholiis græcis, Florentiæ ap. Bernard. Juntam 1506. die secunda Novembr.

v. Maittair. Ann. Typogr. Indic. voc. Thucyd. p. 289. et Panzer. Ann. typogr. VII. p. 10. qui tamen e catalogis Thott. et Menken. tantum laudat. Nam Bandinius eam ignorat, et mirum est, eadem die absolutam, dici, qua sequentem.

Θουκυδίδης, μετὰ σχολίων παλαιῶν καὶ πάνυ ὠφελίμων, χωρὶς ὧν οὐκ εὐξύνετος ὁ συγγραφεύς. Thucydides cum commentariis antiquis, et valde utilibus, sine quibus auctor intellectu est quam difficillimus. Ad calcem: *Ἐν τῇ Φλορεντίᾳ παρὰ Βερνάρδῳ τοῦ Ἰούντα ἔτει ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ γενέσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τε καὶ εἰκοστῷ ἕκτῳ ἀνθεστηριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου* (1526. 2. Nov.) fol. cum epistola Græca Antonii Francini ad Alexandrum Corfinium.

v. Ang. Mar. Bandinius de Florentina Juntarum typographia ejusque censoribus T. II. (s. Ann. Juntarum typogr.) p. 208. s.

Θουκυδίδης μετὰ σχολίων παλαιῶν καὶ πάνυ ἀφελίμων, χωρὶς ὧν ὁ συγγραφεὺς πολὺ ἀνευχερής ἐστι. Thucydides cum scholiis et anti-

quis et utilibus, sine quibus autor intellectu multum est difficilis. Accessit præterea diligentia *Joachimi Camerarii,* in castigando tum commentariis una cum textu tum annotationibus ejus. Basileæ, ex off. Hervagiana. Anno M.D.XL. fol.

Epistolam Camerarii ad Mauricium præsulem Eystatensem d. III. Cal. Mart. scriptam excipiunt Aphthonii encomium Thuc., vita Thuc. gr., Marcellini vita ejusdem, Dionysius *περὶ τῶν ἰδιωμάτων Θουκ.,* vita Thuc. ex Suida; tum annotata loca quæ aliter in aliis exemplis scripta et animadvertenda visa essent. Historiam Thucyd. sequuntur græca scholia.

Thucydidis de bello Peloponnesiaco Libri octo, græce ad editionem Dukeri expressi. Viennæ typis Jo. Tho. Nob. de Trattnern. MDCCLXXXV. II. voll. 8.

Curavit editionem *Franc. Car. Alterus,* Prof. Vindob. nuper mortuus, qui, præter var. lectt. cod. Vindob. addidit *Jacobi Tusani* (Toussain) Paris. philologi mortui a. 1547. correctiones margini ed. Ald. adscriptas, et specimen græcitatis Thucydideæ.

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo ad optimas editiones in usum scholarum diligenter expressi, græce. Bremæ. P. I. II. 1791. 92. 8. (curante *Herm. Bredenkamp,* Athenæi Brem. Subrect. qui et animadversiones promisit, quæ nondum prodierunt.)

Cf. Allg. d. Bibl. CVIII. p. 285. Neve allg. d. Bibl. VI. p. 35.

EDITIONES GRÆCO-LATINÆ.

Θουκυδίδου—Βιϐλία ὀκτώ. Thucydidis, Olori filii, de bello Peloponn. libri octo. Iidem latine, ex interpretatione Laur. Vallæ ab Henr. Stephano recognita. Anno M.D.LXIIII. Excudebat Henr. Stephanus, illustris viri Huldrichi Fuggeri typographus. fol.

Margo textus interior habet varias lectt. aliquot, exterior scholia. Subjuncta est latina versio, cujus margini nonnullæ emendationes sunt adjectæ.

Thucydidis de b. Pel. l. octo. Iidem lat. ex interpr. L. V. ab H. St. recognita. *Secunda editione, quæ amplius quam in prima præstita fuerint, extrema ad lectorem epistola docebit.* 1558. fol.

Scilicet tum græca oratio tum ejus versio emendata est

secundis curis adjecitque Stephanus proparasceven ad lectionem Scholl. et adnotationes uberiores ad l. I. et majorem partem libri II. Thucyd., et Schol. absoluturus hunc laborem, nisi ex Gallia et Germania ei spes fuisset facta emendationum in Thucydidem et ejus Scholia, quæ tamen vana fuit. Præmisit vitam Marcellini, cum Is. Casauboni versione et castigationibus, subjecit Jac. Veratii argumenta orationum et concionum Thucyd., denique Chytræi chronologiam et argumenta librorum Thucydidis.

Θουκυδίδου—βιβλία ὀκτώ. Thucydidis Olori filii de Bello Peloponnesiaco Libri octo. Iidem latine ex interpretatione Laur. Vallæ ab Henr. Stephano nuper recognita, quam *Æmil. Portus*, Franc. Porti Cret. f. paternos commentarios accurate sequutus, ab infinita gravissimorum errorum multitudine novissime repurgavit, magnaque diligentia passim expolitam innovavit. In hac postrema editione, quid præterea præstetur, sequens pagina docet. Francofurti apud heredes Andr. Wecheli, Claud. Marnium et Jo. Aubrium. M.D.XCIV. fol.

Expressa est Stephani recensio, nisi quod plura irrepserunt vitia operarum culpa. Variæ lectiones auctæ sunt. Scholiis antiquis immixta recentia Æm. Porti. Subjuncti sunt Franc. Porti Commentarii in Thucyd. cum Appendice, in qua multa explicantur, quæ in superioribus commentariis sunt omissa—tum Chytræi antea indicata opuscula—et Indices, latinus atque græcus.

Prodierant *Fr. Porti* Adnotatt. in Xenoph. et *Thucydidem* separatim 1586. 4. et 1594. f. Genevæ.

Θουκυδίδου—Βιβλία ὀκτώ. *Thucydidis* de bello Pelop. Libri VIII. Quid in hac editione præstitum sit, Præfatio ad Lectorem indicabit. Oxoniæ e theatro Sheldon. impensis T. Bennet ad insigne Lunæ falcatæ in Cœmet. D. Pauli. Anno Dom. MDCXCVI. fol.

Johannes Hudsonus hanc editionem curavit, et præfatus est. Textis, e secunda Steph. recensione accurate redditis, sed in minores sectiones distinctis, additæ sunt in margine temporum notationes ex Dodwelli Chronol., subjecta est (in quavis pag.) latina versio minusculis litteris scripta, hanc excipiunt variæ lectiones trium codd. et edd. vett., eas scholia. Additæ sunt duæ tabulæ geogr. una Græciæ, ad Thucyd. historiam, adjuvante chartula Edm. Halleii, delineata,

altera Siciliæ ex Cluverio petita. In calce leguntur (p. 530.) *Geo. Acacii* Epitome Historiæ Thucyd., *Veratii* Argumenta concionum (p. 532.), Stephani Proparasceve et Annotatt. in Thuc. atque Sch. (p. 538.), Appendix varr. lectt. Codd. Clarendon. et Græviani (p. 598.), denique Indices.

Θουκυδίδου—Βιβλία ὀκτώ. Thucydidis de bello Pelop. Libri octo, cum adnotationibus integris *Henr. Stephani* et *Joann. Hudsoni.* Recensuit et notas suas addidit *Joseph. Wasse.* Editionem curavit, suasque animadversiones adjecit *Car. Andr. Dukerus.* Cum variis dissertationibus, MSCtor. collationibus et indicibus novis locupletissimis. Amstelædami apud R. et J. Wetstenios et Gul. Smith. MDCCXXXI. fol.

Quum Wetsteniis primum placuisset non nisi Oxoniensem editionem, auctam tamen repetere, quumque Dukerus non ipse constituisset, scriptorem recensere, sed a librariis ad curam novæ editionis suscipiendam vocatus esset, non mirandum fuit, in emendanda oratione græca nihil esse præstitum, atque multa esse futuro editori relicta. Cæterum negari non potuit, superare hanc editionem superiores præsidiorum ad Thuc. rectius vel emendandum vel explicandum multitudine et utilitate. Nam quid præstare Duk. potuerit, bene docuit *Saxius* in laudat. Dukeri p. 32. s.

Cf. Acta Erudd. 1732. p. 1. ss. Bibl. raisonnée T. VII. P. I. p. 126. ss.

Recusa est Dukeri editio primum Glasguæ 1758. per Rob. et Andr. Foulis VIII. voll. 8. tum Biponti:

Thucydidis de bello Pelop. Libri VIII. græce et latine ad editionem Jos. Wasse et Car. Andr. Dukeri accurate expressi, cum varietate lectionis et annotationibus. Studiis societatis Bipontinæ. Biponti, ex typ. Soc. 1788. 89. VI. voll. 8.

Non satis commode illa editio est descripta. Separatim Græca cum lat. versione exhibentur, sequuntur cuique volumini subjecta variæ lectiones et adnotationes. Volumine quinto continentur etiam scholia, et sexto Annotatt. in Scholia, cum Indicibus.

Dukerianam excepit nostra, de cujus rationibus in præf. utriusque vol. dictum est.

Nic. Blancardum etiam novam editionem Thuc. molitum esse *A. C. Eschenbachius* testatur in epist. in *Schelhornii* Amœn. litt. T. V. p. 195.

EDITIONES SINGULARUM PARTICULARUM.

Liber I. et II. gr. ap. Wechel. Paris. 1535. 4.

Libri I. Conciones gr. Paris. ap. Christ. Wechel. 1531. 4.

Liber I. gr. 1548. II. et III. Paris. 1549. 4. ap. Vascosanum.

Platonis, *Thucydidis* et Demosthenis funebres Orationes. Græce. Venetiis apud Aldi filios. M.D.XLIX. in 8. (Serie dell' Ed. Ald. p. 159. Renouard Ann. T. I. p. 258.)

Libri IV. curante Vito Winsemio. Viteb. 1562. (s. 1561.) 4.

Periclis funebris laudatio eorum qui in bello occubuerunt ex libro Thucyd. secundo. Par. 1605. 4.

Libri III. græce et latine. Par. 1626. 12.

Orationes Thucydidis seorsim excusæ, gr. curante M. Andr. Corvino, in usum auditorum suorum. Lips. 1631. 8.

Thucydidis, Platonis et Lysiæ orationes funebres. Ox. 1753. 8. cum vers. lat. et not. angl. (Edidit Ed. Bentham.)

Thucydidis funebres orationes, gr. et lat. Glasguæ 1755. 12. (etiam locus de peste adjectus est).

Thucydidis Orationes cum animadversionibus et indice Car. Ludov. Baveri, Lips. A. M. Schol. Laub. Rect. Lipsiæ, 1759. 8.

Promisit jam tum Baverus in præf. Lexicon Thucydideum, et Philologiam Thucydideam, s. Notationes figurarum Thucydidis.

Thucydidis, Platonis, Lysiæ et Xenophontis orationes funebres, cum notis anglice scriptis. Oxon. 1768. 8.

Platonis Menexenus et Periclis *Thucydidei* oratio funebris, recensuit et animadversionibus illustravit *Jo. Chr. Gottleber*. Lips. 1782. 8. m.

Oratio funebris Periclis (Thuc. II, 35—47.) et descriptio pestis Thuc. cum animadversionibus (grammaticis) francogall. scriptis et adjectis excerptis ex Fabii Paulini Comment. in locum de peste, et versione orationis Pericleæ francogall. auctore et editore *J. B. Gail*, Prof. litt. gr. in coll. Franc. Paris s. a. (1802. ut videtur) 8. m.

Cf. Neve Leipz. Lit. Zeit. 1803. n. 79. p. 1229.

Ἐκλογαὶ ἱστορικαί, Selecta principum Historicorum, Herodoti, *Thucydidis* etc.—discip. instit. accommodavit *Dan. Wyttenbach*, Amst. 1794. 8. p. 61. ss.

Historiæ Græcæ capita præcipua s. Excerpta ex Herod. *Thucydide*, Xenoph. Collegit *Aug. Matthiæ*, Gymn. Alt. Direct.— Altenb. 1804. (p. 178. ss. L. I. et VII.)

VERSIONES.

a. *Latinæ.* Prima est *Laur. Vallæ* a 1452. facta, atque primum sæc. XV. s. l. et a. nota, 4; tum sæpius edita. Recognoverunt eam Conr. Heresbachius, Col. 1527. f. *Sebast. Castalio* Bas. 1564. f. *Henr. Stephanus* 1562. et Francof. 1582. 12. *Æmilius Portus* 1594. f. cum textu gr. et separatim 1594. 12.

Secunda est *Viti Winsemii,* patris, Vit. 1569. f. 1580. 8.

Tertia *Georgii Acacii Enenckel* L. B. *Hohenecti* cum annotatt. perpetuis, nominum item propriorum, tam hominum quam regionum etc. descriptionibus, chronographia insuper in Thucyd. et veteris Græciæ Geographia æneis typis seorsim excusa. Tub. 1596. 8. Argentor. 1614. 8.

Hudsonus versionem Æm. Porti (h. e. a Porto recognitam) aliquot locis castigavit adhibitis ceteris versionibus Latinis et gallica Ablancurtii, atque anglica Hobbesii. Hanc Oxon. editionis interpretationem repetiit Dukerus.

Orationes ex historia Thucyd. latine verterunt *Phil. Melanchthon* Viteb. 1562. 8.—Joannes Casa (della Casa) archiepiscopus Beneventanus (Florent. 1564. 8.) in Ejus monumentis latinis, et separatim Helmst. 1610. 4. cum præf. Joh. Caselii et sæpius—*Jobus Veratius*—Periclis orationem *Guil. Canterus,* ad calcem oratt. Aristidis—insignes locos e Thuc. historia *Joach. Camerarius* Viteb. 1565. 8.

Cf. Jo. Caselii prolegomena in Thucyd. interpretationem, Rost. 1576. 4. ejusd. *Thucydidea,* edita ab *J. H. Ackero,* Jen. 1714. 8.

b. Germanicæ sunt: *Hieronymi Boneri,* prætoris Colmar. Augustæ Vind. 1533. f. *Studiis* societatis virorum doctorum, Francof. et L. 1757. II. 4. (etiam tom. X. Operis: Neve Sammlung der merkwürdigsten Reisegeschichten).

Thucydides Acht Bücher der Gesch. vom. peloponn. Kriege. Aus dem Griech. mit. vielen crit. Anmerkungen übersetzt von *Joh. Dav. Heilmann.* Lemgo 1760. 8.

Orationes Thuc. germanice versas cum notis latinis criticis in omnes Thuc. libros edidit *Jo. Jac. Reiskius.* Lips. 1761. 8.

c. Anglica antiquissima est *Tho. Nicolls* non ex græco, sed ex gallico Seysselii facta. Lond. 1515. f. (et 1550.) Hanc exceperunt:

The History of the Grecian War, in 8 Books. Written by

Thucydides. Translated by *Tho. Hobbes* of Malmesbury. Lond. 1628. f. it. 1634. 1676. f. 1723. II. 8. Præmittitur diss. de vita et historia Thuc. repetita etiam in ejus Opuscc. moralibus et politicis (*Tho. Hobbes's* Moral and Political Works, Lond. 1750. f.) p. 652. ss. Laudatur hæc versio, quamquam non admodum diligens est et fida.

The History of the Pelop. war, translated from the Greek of Thucydides. By *Will. Smith*, M. A. Lond. 1753. II. voll. 4. it. 1781. II. 8. cum annotatt. et tribus diss. de vita, virtutibus, et indole operis, Thucydidis.

Thucydides's Account of the Plague of Athens, translated by *Francis Clifton*, (adi. ejus versioni Hippocratis l. de aëre, aquis, et locis. Lond. 1734. p. 95. ss.)

Two Orations in Praise of Athenians, slain in Battle. From the Greek with Reflections. Lond. 1759. 8. (Ex Smithi vers.)

d. Francogallicæ: Prima est *Claudii Seysselii* (*Claude de* Seyssel, episc. Massil.) in usum, non Francisci I., sed *Ludovici* XII. regis Gall. facta, pessima illa, cum auctor ne versionem quidem latinam Vallæ satis intellexerit. Prodiit Paris. 1527. ap. Badium et elegantissime ap. Vascosan. Par. 1558. f.

Secunda Usesii (*Louis Iausaud d'Usez*), qui græcæ, non patriæ linguæ æque peritus erat. Prodiit Genevæ 1610. fol. min. Sine græcis ejus versio intelligi nequit.

Tertia Ablancurtii (*Nic. Perrot d'Ablancourt*, Par. 1662. f. 1671. 12. III. voll. Amst. 1713. III. 12. et sæpius. Hæc versio, ut aliæ ab eodem V. D. editæ, parum græcis respondet, videturque auctor versiones recentes, non ipsum scriptorem, reddidisse.

Quarta *Levesquii*. Histoire de Thucydide, fils d'Olorus, traduite de Grec par *Pierre Charles Levesque*. Paris 1795. (An IV. de la Rep.) IV. 8. mai. etiam 4. In præf. recensuit p. XXXIV. ss. superiores interpp. Ipse addidit et criticas exegeticasque animadverss., consulto etiam Corayo, doctissimo Græco. T. IV. p. 242. ss. Supplementum historiæ Thuc. addidit, usque ad finem belli Pelop.

Cf. Allgem. Lit. Zeit. 1796. I. p. 1443.

Harangues et Concions de Thucydide et autres Auteurs par *Fr. de Belleforest*. Par. 1572. f.

Harangues tirées d'Hérodote, de *Thucydide* etc. traduites par

Ath. Auger. Par. 1788. 8. ubi T. II. etiam notæ in nonnulla loca Thuc. leguntur.

e. Italicæ: Gli otto Libri di Thucydide Atheniese, delle guerre fatte tra popoli della Morea et gli Atheniesi. Nuovamente dal Greco idioma nella lingua Thoscana con ogni diligenza tradotto par *Franc. di Soldo Strozzi* Fiorentino. L'Annotatione e dichiaratione di tutti i luoghi difficili etc. In Venetia. Apresso Vinc. Vaugris 1545. 8. repet. 1550. 1563. et sæp.

Tucidide-nuovamente co' testi Greci riveduto e dagli errori emendato colla vita dell' Autore da *Tommaso Porcacchi* descritta—Verona 1735. II. 4. cum not. V. D. Rom. 1789. 90. II. 4.

f. Laudantur etiam *Hispanica Didaci Gratiana de Aldrete* (En Salamanca 1564. f.—nam versio *Jo. de Castro Salinas* inedita est), *Danica Franc. Mich. Wochelii. Belgica H. Friesemanni,* Amst. 1786. II.

Scripta, quæ Thucyd. ejusque Scholiasten illustrant.

Martini Crusii Orat. XVIII. præmissa prælectionibus in Thucydidem. Tub. 1566.

Dan. Chytræi Programmata in Thucyd. quæ leguntur in Scriptis in acad. Rostoch. publice propositis ab a. 1560—67. (Partes II.) Rost. 1567. 8.

Prælectiones Marciæ s. Commentaria in Thucyd. historiam de peste Athenn. ex ore *Fabii Paulini* Utinensis excepta. Ven. 1603. 4.

M. *Jo. Stiliconis* Hamb. disp. Ritus περὶ τῆς φρυκτωρίας sive de excubiarum accensis ignibus actione, ad illustr. Thuc. l. III. Viteb. 1714. 4.

Bened. Averani Florent. diss. LVIII. in quædam Thucyd. loca, Opp. ejus T. I. (Flor. 1716. f.)

Jo. Grammii Castigationes ad Scholia græca in Thucyd. Hafniæ 1721. 22. 4.

Incerti Britanni, sub litera Π se occultantis, Observationes in *Miscell. Observatt.* (Batavis) Vol. II. T. I. p. 60—62. et T. II. p. 157—163.—Ibidem Vol. III. T. I. p. 147—152. et T. II. p. 302—308. *H* (h. e. Abreschii) Animadverss. in Thucydidem.

Frid. Ludov. Abresch Dilucidationes Thucydideæ quibus et passim cum Novi Test. tum aliorum Scriptt. loca illustran-

tur aut emendantur. Trajecti ad Rhen. 1755. 8. Ejusd. Dilucidationum Thucydidearum Auctarium, adi. Animadversionum ad Æschylum Libro tertio. Zwollæ 1763. p. 213. ss.

Petri Horrei Observationes criticæ in Scriptores quosdam græcos historicos. Leovard. 1736. 8. Ibi p. 391—513. Observatt. ad Thucyd. leguntur.

Jo. Jac. Reiskii Animadversiones ad Græcos auctores, Vol. tertio p. 1—78.

Remarks on Thucydides, in Observations on the Greek and Roman Classics. In a series of letters to a young Nobleman. Lond. 1753. 12.

Some general criticisms on Thucydides, by *Jam. Moor* in ejus Essays—Glasg. 1759. p. 148. ss.

Henr. Dodwelli, Dublin. A. M. Annales *Thucydidei* et Xenophontei, præmisso adparatu cum vitæ Thucyd. synopsi chronologica Oxon. 1702. 4.

Comparationem *Thucydidis* et Livii, francog. lingua, scripsit *Rapinus,* eamque angl. vertit *Tho. Taylor,* Lond. 1694. 8. *Thucydidem,* Sallustium et Tacitum comparavit, anglico libello, *Rob. Alves,* A. M. Edinb. 1795. 8.

Car. Lud. Baveri Exerc. de lectione Thucyd. optima interpretandi disciplina, L. 1753. 4. add. ejusd. Philologia Thucydideo-Paulina, Hal. 1773. 8.

J. Dan. Heilmann Kritische Gedanken von dem Charakter und der Schreibart des Thucyd., Lemg. 1758. 4. et in ejus Opuscc. a Danovio editis T. II. p. 89. ss.

Herodot und *Thucydides,* Versuch einer nähern Würdigung einiger ihrer histor. Grundsätze—von *Geo. Fr. Creuzer.* L. 1798. 8. add. ejusd. V. D. Librum: die historische Kunst der Griechen. (1803. p. 262. ss.)

Christi. Rami Comm. de sermonibus funebribus, qui publice Athenis habebantur, Hafn. 1793. 8. ab init.

Thucydides editionis Bipontinæ illustratus ac emendatus a *Jo. Hyac. Kistemaker,* Phil. Prof. etc. *Pars prima,* complectens quatuor libros priores. Monast. 1791. 8.

Aug. Matthiæ Observationes in Thucyd. librum I. in (Ruperti et Schlichthorst) Magazin für öffentl. Schulen und Schullehrer, Vol. I. P. II. p. 423. ss.

J. G. Schlosser Apologie des Thucydides gegen den Tadel des Dion. von. Halicarnass und beyher über die Kriegsmanifeste, im N. deutsch. Mus. 1790. II. St.

Ein Gemälde des Thucydides von den griech. Staatsrevolutionen und politischen Clubs zur Zeit des pelop Kriegs. Aus dem III. B. von 82—84. Hauptstücke von *J. G. Schlosser*, im Philosoph. Journal für Moralität, Religion und Menschenwohl 2. B. 1. H. p. 60—79.

Meierotto Comm. de Thucydide, in: Sammlung der deutschen Abhandl. der Kön. preuss. Acad. d. Wiss. zu Berlin, B. 1796. n. 8. et in Mémoires ejusd. a. n. 24.

Μανουὴλ Σ. Τενεδίου Διατριβὴ εἰς Θουκυδίδην καὶ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἱστορίας ἐπιτομή. Vindob. ap. Schræmbl. 1799. 8.

Ern. Aug. Evers Diss. de proœmio Thucydideo. Gött. 1803. 8.

Ex hoc aliisque libellis, si qui vel prætermissi fuerint, vel recens editi, additamenta Tomo III. addentur.

[a]ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

[b]ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

EPITOME LIBRI I.

Epidamnii bello pressi, cum, Corcyræis auxilium negantibus, Corinthiorum implorassent opem, colonos ab ipsis præsidiumque acceperunt. Cap. XXIV. XXV. *Ob id Corcyræi Epidamnum circumsedent: ipsisque navali acie Corinthiis victis, oppidum capiunt.* XXIX. *Cum vero vi majore ultionem Corinthii pararent, Corcyræi ad societatem Atheniensium confugiunt, et, impetrato subsidio, navali prælio cum Corinthiis decernunt: in eo Athenienses cum Corinthiis manus conseruerunt.* LI. *Sic fœdus violatum.* LII. *Potidæa ab Atheniensibus defecit. Eam Athenienses, prælio fusis Corinthiis, qui subsidio venerant, obsidione cingunt.* LXII. *Lacedæmonii, concilio sociorum advocato, ruptum ab Atheniensibus fœdus censent; bellum decernunt.* LXXXVIII. CXXIV. *Hinc cum, sæpe missis ultro citroque legatis, non conveniret, Athenienses et ipsi, auctore Pericle, bellum jusserunt. Veteris præterea Græciæ status, Atheniensis Reipublicæ incrementa.* LXXXIX. *Pausaniæque et Themistoclis interitus referuntur.* CXXVIII. CXXXV.

[c]ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ Ἀθηναῖος [d]ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμη-

[a] Θουκυδίδου ἱστοριῶν πρώτη *Codd. vett.* Τῶν εἰς ὀκτὼ (διῃρημένων βιβλίων scil.) τὸ πρῶτον *Codd. al.* teste *Stephano.* Θουκυδίδου ἱστοριῶν συγγραφῆς βιβλίον πρῶτον *Ar.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς πρώτης *Ald. Bas.* Θουκυδίδου Ὀλόρου ἱστοριῶν α΄. *Flor.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς τὸ πρῶτον. *Cl.* Titulus deest in *Cod. Gr.* ut et pagina una et altera. Θουκυδίδου Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν βιβλίον α΄. *Reg.* Aug. Θουκ. ξυγγραφῆς πρῶτον. in Mosqu. ξυγγραφῶν πρώτη. In *Cass.* partim e vetere, partim e recentiore scriptura apparebat fuisse Θουκυδίδου ξυγγραφῆς πρῶτον. Bas. cod. Θουκυδίδου ἱστοριῶν α΄. [b] Aug. omittit Ὀλόρου et τὸ. Τοῦ Ὀλόρου (quomodo *Editi omnes* in libris seqq.) seu τοῦ Ὀρόλου potius legendum censent *Alii.* [c] Plut. in Lyc. p. 224. Reisk. laudat inde hos libros: Θουκυδίδης ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. Θουκυδίδης Ὀλόρου (vel τοῦ Ὀλόρου) a *Thucydide* scriptum fuisse persuasum habet *H. Steph.* Annott. in Thucyd. [d] Συνέγραψε et supra scripto ξυν *Reg.* Eustath. ad Od. δ. p. 1501. συνεγράψατο, memoriæ lapsu. Mox Πελοποννησίων *Cass.* sed abraso altero ν. Ut et *cap. seq.* deinde in eodem hæc vox fere semper sine rasura uno ν scribitur, quod hic semel monuisse satis erit.

THUCYDIDES Atheniensis bellum Peloponnesiorum Atheniensiumque, quod inter se gesserunt, conscripsit, exorsus statim ab eo moto, sperans

σαν πρὸς ἀλλήλους· ἀρξάμενος εὐθὺς [e] καθισταμένου, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων· τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον [f] πρὸς ἑκατέρους, τὰ μὲν εὐθὺς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον. [g] κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ [h] ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων. τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν, καὶ τὰ ἔτι παλαιότερα, σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος [i] ἀδύνατα ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι συμβαίνει, οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι, οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους, οὔτε [k] ἐς τὰ ἄλλα.

β΄. Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ [l] μεταναστάσεις τε οὖσαι τὰ πρότερα, καὶ ῥᾳδίως [m] ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες, [n] βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων. τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, [o] οὐδ᾽ ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, οὔτε κατὰ

[e] Ξυνισταμένου, Codd. antiquiss. v. not. Paullo post τεκμαιρόμενός τε apud Dionys. de comp. verb. p. 163. Reisk. Paullo ante Marg. Flor. Vin. habet ὄν· quæ glossa est. *Vallam* legisse ὄν, suspicetur quispiam ex ejus interpretatione, inquit *Steph.* [f] Πρὸς ἑκατέρους desunt in *Cass.* ut etiam in Aug. Man. rec. superscripsit πρὸς ἑκατέρους. [g] Κίνησίς τε γὰρ *Reg.* et αὕτη δὴ μεγίστη *Cass.* Aug. [h] Ἐπὶ πλείστων ἀνθρώπων *Marg.* Ἐπὶ πλεῖστον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων lectum mallent *Alii.* Ἐπιπλεῖστον *Ald. Flor. Bas.* et *Dion. Halic.* p. 857. Sic etiam *Reg.* [i] Ἀδύνατα Dion. p. 161. Mosqu. *Marg. Ar. Cl. C. Suid.* et *Schol.* ad *Eurip.* Hippol. v. 269. quod probat *Stephanus.* Paullo post pro ὧν ἐπὶ apud Dionys. p. 858. in cod. Bodleiano legitur ὡς pro ὧν. [k] Εἰς *Cass.* Aug. [l] Μετανάστης τε οὖσα *Reg.* [m] Ἕκαστος *Dion. Halic.* p. 872. [n] Βιαζόμενοι ἀεὶ ὑπό τινων *Dan.* Mosq. [o] Οὐδὲ *Cass.*

etiam fore cum magnum, tum superioribus longe memorabilius: his conjecturis adductus, quod et utrique omni bellico apparatu florerent, et cæteros Græcos cum alterutris se conjungere videret, partim quidem statim, partim vero etiam in animo habere, atque moliri. Hic enim motus profecto maximus inter Græcos fuit, quin etiam in quadam barbarorum, ac propemodum (ut ita loquar) in maxima *cæterorum* mortalium parte *maximus exstitit.* Nam superiores, et his longe antiquiores motus, ob temporum vetustatem plane comperti esse non potuerunt. Sed conjecturis nixus (quas mihi remotissimam a nobis antiquitatem spectanti contingit credere *veras esse, eos*) nec in bellicis, nec in cæteris *rebus ad pacem pertinentibus* magnos fuisse puto.

2. Constat enim eam, quæ Græcia nunc appellatur, olim non constanter habitatam fuisse: sed primum frequentes migrationes *inde* fuisse factas, et facile suos quemque fines deseruisse, semper ab aliquo majore numero coactum. Nam cum nulla esset negotiatio, nec ullus inter ipsos tuto commercio citra formidinem vel terra vel mari locus esset, cum-

γῆν, οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμόμενοί τε τὰ [p] αὑτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες, [q] οὐδὲ γῆν φυτεύοντες (ἄδηλον ὂν, ὁπότε τὶς ἐπελθὼν, καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται) τῆς [r] τε [s] καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς [t] ἀπανίσταντο. καὶ δι' αὐτὸ, οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων [u] εἶχεν· ἥ τε νῦν Θεσσαλία καλουμένη, καὶ Βοιωτία, Πελοποννήσου τε τὰ πολλὰ, πλὴν Ἀρκαδίας, τῆς τε ἄλλης ὅσα ἦν κράτιστα. διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς, αἵ τε δυνάμεις τισὶ μείζους [x] ἐγγινόμεναι στάσεις ἐνεποίουν, ἐξ ὧν ἐφθείροντο, καὶ ἅμα ὑπὸ ἀλλοφύλων μᾶλλον ἐπεβουλεύοντο. [y] τὴν γοῦν Ἀττικὴν, ἐκ τοῦ [z] ἐπιπλεῖστον, διὰ τὸ [a] λεπτόγεων, ἀστασίαστον οὖσαν, ἄνθρωποι ᾤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεί. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, διὰ τὰς [b] μετοικίας ἐς τὰ

[p] Ἑαυτῶν *Dion. Hal.* de compos. p. 169. αὐτῶν Ald. et Junt. ἑαυτῶν Mosqu. ubi et verbis c. 1. extr. ἐς τὰ ἄλλα, supersc. διὰ τὰ σημεῖα. [q] Οὔτε *Dion. Halic.* Epist. II. ad Amm. p. 805. et pro μακρότατον, Mosqu. μακρότερον. [r] Τε deest *Dion. Halic.* p. 165. [s] Καθ' ἡμέραν deest *Ar. C.* [t] Ἀνίσταντο *Marg.* et hanc genuinam lectionem esse censet *Steph.* Ἀνίσταντο *Dion. Halicarn.* pag. 165. Sed ἀπανίσταντο *Id.* p. 805. Hic tamen *quidam Codd.* etiam ἀνίσταντο. [u] Ἐλάμβανε *Maximus Tyrius* T. II. p. 84. Reisk. locum hunc citans. [x] Ἐγγιγνόμεναι *Cass.* Aug. [y] Τὴν γοῦν Ἀττικὴν, διὰ τὸ λεπτόγεων εἶναι, ἀστασίαστον οὖσαν etc. *Max. Tyr.* l. c. [z] Ἐπὶ πλεῖστον *Cass.* Aug. [a] Λεπτόγεων *Strab.* p. 333. v. *Hesych.* [b] Ἐπωκίας *Marg.* improbante *Steph.* Ἀπωκίας *C.* et *Dan.* Sed in marg. recentiore manu, ἄλλως μετωκίας. cod. Mosqu. μετωκίας, in margine vero γρ. ἀπωκίας. Supra ἐς τὰ ἄλλα script. in M. πλεῖστον καὶ ὅπλα.

que singuli res suas, *et agros* catenus colerent, quatenus vitam parce agerent, nec magnam pecuniæ vim haberent, nec humum *arboribus* consererent (quia incertum erat, quando quis alius incursione repentina *labores* esset ablaturus, simul etiam, quia nullis muris erant muniti) et quotidianum ac necessarium victum se ubique adepturos existimarent, non gravate *suis sedibus* migrabant. Idcirco etiam nec urbium magnitudine, nec alio bellico apparatu valebant. Atque potissimum optimus quisque ager his incolarum mutationibus semper erat obnoxius, *ut* et ea, quæ nunc Thessalia vocatur, et Bœotia, et Peloponnesi magna *pars*, præter Arcadiam, et reliquæ *Græciæ partes*, quæcunque erant uberrimæ. Nam inter nonnullos propter soli præstantiam opes admodum auctæ, seditiones excitabant, per quas *ipsi* profligabantur, simul etiam alienigenarum insidiis magis appetebantur. Quamobrem Atticam, ut plurimum propter agri tenuitatem seditionum immunem, iidem homines semper incoluerunt. Atque rerum *a me* dictarum hoc non mini-

ἄλλα, μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι. ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες, παρ' Ἀθηναίους [c] οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὂν, ἀνεχώρουν· καὶ πολῖται [d] γιγνόμενοι, εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν· ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον, ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς, ἀποικίας ἐξέπεμψαν.

γ'. Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν [e] οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωϊκῶν οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς. δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά [f] πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, [g] κατὰ ἔθνη δὲ, ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν [h] ἐπιπλεῖστον, ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι· Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ [i] Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων [k] αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, [l] καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας. οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύνατο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. τεκμηριοῖ δὲ

[c] Οἱ δυνατώτατοι omittit *Cl.* [d] Γενόμενοι Cl. Mosqu. [e] Οὐχήκιστα *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* [f] Πως *Cl.* Mox Marg. Ald. Vin. πρὸς Ἕλληνος. [g] Καὶ τὰ ἔθνη *Cass.* [h] Ἐπὶ πλεῖστον *Cass.* Aug. [i] Φθιωτίᾳ *Reg. Cass.* Flor. Aug. Sed man. rec. superscr. τῷ α, δι. [k] Αὐτοὺς *Cl.* [l] Καθεκάστους δὲ ἤδη *Schol.* ad L. VIII. c. 53. Καθεκάστους etiam *Reg.* et *Cass.* Aug.

mum est indicium, ob *assiduas* migrationes *Græciam* * in cæteris *partibus* non peræque adauctam fuisse. Nam qui aut bello, aut seditione excidebant reliqua Græcia, *eorum* potentissimi quique ad Athenienses, quod illorum sedes stabiles, *tutæque essent*, se recipiebant. Et, civitatis jure donati, statim ab antiquissimis usque temporibus civitatem hominum frequentia longe majorem fecerunt: quamobrem etiam, quod Attica *omnes* capere, *ac alere* non posset, colonias in Ioniam postea emiserunt.

3. Hoc autem etiam priscorum *hominum* imbecillitatem mihi non minime demonstrat: nam ante bellum Trojanum ab Helladis civitatibus nihil communiter gestum fuisse constat. Ac ne hoc quidem nomen (ut mea fert sententia) universa *Græcia commune* adhuc habebat: sed ante ætatem Hellenis *filii* Deucalionis cognomen istud nullo prorsus modo *videtur* fuisse: sed singulæ gentes, cum aliæ, tum maxime Pelasgica, quæ latissime diffusa erat *locis, in quibus degebant*, nomen a seipsis indidisse. Sed cum Hellen, ejusque liberi, rerum in Phthiotide potiti fuissent, †et *cæteri Thessaliæ populi* eos in alias civitates, *ad se* auxilii causa accerserent, ita demum propter diuturnum congressum *et consuetudinem factum videtur, ut* singuli Hellenes vocarentur. Et tamen ne sic quidem longo post tem-

* Nulla alia re æque atque hominum multitudine auctam fuisse etc. *Acacius.* Huds.

† Et sese illi (*sc.* Hellen ejusque liberi) in alias civitates ingererent etc. *Acacius.* Huds.

μάλιστα Ὅμηρος. πολλῷ γὰρ [m] ὕστερος ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος, οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς [n] μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν· Δαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, καὶ Ἀργείους, καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ. οὐ μὴν οὐδὲ βαρβάρους εἴρηκε, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) ἀντίπαλον [o] εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι [p] ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες, οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμιξίαν ἀλλήλων ἀθρόοι ἔπραξαν. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν [q] στρατείαν, θαλάσσῃ ἤδη [r] τὰ πλείω χρώμενοι, ξυνῆλθον.

δ'. Μίνως γὰρ [s] παλαίτατος, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν Ἑλληνικῆς θαλάσσης [t] ἐπιπλεῖστον ἐκράτησε· καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε, καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας. τό, τε [u] ληστικὸν, ὡς εἰκὸς, [x] καθῄρει ἐκ τῆς θα-

[m] Ὕστερον *Marg.* quod probat *Steph. Ar. C. Ald. Flor. Bas. Cl.* Item *Reg. Cass. Dan.* Aug. [n] Μετὰ Ἀχιλλέως *Cass.* Aug. [o] Ἐς *Marg. Reg. Cass.* Aug. [p] Ἀλλήλων ὁμόφωνοι ἦσαν ξυνίεσαν *Ar. C.* Mosqu. ὁμοφώνως ἦσαν ἀλλήλοις ξυνίεσαν. Ἀλλήλων ὁμόφρονοι ἦσαν ἀλλήλοις ξυνίεσαν *Dan.* [q] Στρατιὰν *Dan.* [r] Ταπλείω *Ar. C. Ald. Flor.* τὰ om. *Cl.* et *Cass.* ἤδη πλείω Bas. τὰ om. Aug. et πλείω cum ι subscr. [s] Παλαιότατος *Marg. Ar. C. Flor. Bas.* Παλαιώτατος *Cass.* [t] Ἐπὶ πλεῖστον *Cl.* passim fere et *Cass.* Aug. [u] Ληστρικὸν *Marg. C. Cl.* et *Dan.* [x] Καθαίρει *Ar.*

pore *istud cognomen* ad omnes etiam pervenire potuit atque obtinere. Homerus vero præcipue hoc indicat. Quamvis enim multo post bellum Trojanum sit natus, nusquam *tamen* universos *Græciæ populos* appellavit, nec alios, quam eos, qui cum Achille ex Phthiotide *venerant*, qui etiam primi Ἕλληνες fuerunt. Danaos vero, et Argivos, et Achæos in *suis* carminibus nominat. Nec tamen barbaros dixit, quod ne Ἕλληνες quidem, *a barbaris* distincti, in unum *totius gentis commune* nomen *barbaro* (ut mihi videtur) oppositum, adhuc coaluissent. Quotquot igitur et singuli *passim* Ἕλληνες *erant*, et quotquot per urbes sparsi se mutuo intelligebant, et qui universi postea *communi* τῶν Ἑλλήνων *appellatione* nominati fuerunt, propter *virium* imbecillitatem, et vitæ genus mutuo commercio carens, nihil ante Trojana tempora *armis conjunctis* gesserunt. Sed et ad hanc ipsam expeditionem convenerunt, quod in plerisque *Græciæ partibus* jam rebus maritimis operam darent.

4. Minos enim eorum, quos auditu cognovimus, antiquissimus, classem *sibi* comparavit, maximamque partem maris, quod Græcum nunc vocatur, in suam potestatem redegit: et Cycladum insularum imperium obtinuit, et in *earum* plerasque primus colonias deduxit, Caribus *inde* pulsis, suosque filios *ibi* principes constituit. Præterea la-

λάσσης, [y] ἐφόσον [z] ἠδύνατο, τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἰέναι αὐτῷ.

ρκβ'. "Ὑπάρχουσι δὲ καὶ ἄλλαι ὁδοὶ τοῦ πολέμου ἡμῖν, ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τῶν προσόδων, αἷς ἰσχύουσι, καὶ ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ, ἄλλά τε ὅσα οὐκ ἄν τις νῦν προΐδοι. ἥκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ, αὐτὸς δὲ ἀφ' αὐτοῦ τὰ πολλὰ τεχνᾶται πρὸς τὸ παρατυγχάνον. ἐν ᾧ ὁ μὲν [x] εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας, βεβαιότερος· [y] ὁ δὲ ὀργισθεὶς, περὶ αὐτὸν οὐκ ἐλάσσω πταίει. ἐνθυμώμεθα δὲ [z] καὶ ὅτι εἰ μὲν [a] ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις πρὸς ἀντιπάλους περὶ γῆς ὅρων [b] διαφοραὶ, οἰστὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι [c] ἱκανοὶ, καὶ κατὰ πόλιν ἔτι δυνατώτεροι. ὥστε, εἰ μὴ καὶ ἀθρόοι, καὶ [d] κατὰ ἔθνη, καὶ ἕκαστον ἄστυ μιᾷ γνώμῃ ἀμυνούμεθα [e] αὐτοὺς, δίχα γε ὄντας ἡμᾶς ἀπόνως χειρώσον-

[u] Αὐτοὶ *Ald. Flor. Bas.* [x] Εὐοργήτως *Dan.* Mox αὐτῇ in ed. Bas. In cod. Bas. ἀοργήτως. [y] Ὁ δ' ὀργισθεὶς *Ar. C.* Paullo ante in Mosqu. est βεβαιότατος. [z] Καὶ deest *Ar. C. Dan.* Mosqu. [a] Ἦσαν ἡμῶν ἑκάστοις *Cam. Cass.* Aug. Mosqu. ἦσαν abest a *Reg.* deinde inter versus script. manu recent. Sic quoque in *Gr.* sed inter μὲν et ἡμῶν. [b] Αἱ διαφοραὶ *Ar. C.* Mosqu. [c] Ἱκανοὶ deest *Dan.* [d] Κατὰ τὰ ἔθνη *Ar.* [e] Καὶ τοὺς *Ar. Dan.*

gnum fuerit, si illorum quidem socii, ut servitutem ipsis serviant, pecunias conferre non abnuant: nos vero, ut hostes ulciscamur, et nos ipsi simul servemur, nullas pecunias consumere velimus; et ne his *pecuniis* ab illis privati, his ipsis male mulctemur.

122. "Adsunt nobis præterea aliæ quoque belli gerendi viæ: et sociorum defectio, quæ est præcipua ratio, quæ illorum proventus subtrahere potest, in quibus sita est ipsorum potentia; et * ædificatio munitionum, quæ illorum agrum oppugnent; et multa alia, quæ nullus jam prospicere posset. Belli enim progressus nulla certa lege fiunt: sed ipsum per se, in singulis occasionibus oblatis, *ex tempore* multa comminiscitur. In quo is quidem, qui in eo moderate se gerit, constantior *ac tutior* existit: is vero, qui in eo irascitur, non leviter offendit. Cogitemus autem, si singulis quidem nostrum cum paribus adversariis de agri finibus esset controversia, hoc ferendum esse: jam vero Athenienses et adversus nos universos satis virium habent, et adversus singulas civitates, vires longe majores habent. Quare nisi et frequentes, et per nationes, et per singulas civitates uno consensu ipsos propul-

* Ædificatio munitionum in illorum agro etc. *Alii.* Huds.

ται· καὶ τὴν ἧσσαν, εἰ καὶ [f]δεινόν τῳ ἀκȣ͂σαι, [g]ἴστω ȣ̓κ ἄλλο τι φέρουσαν ἢ ἄντικρυς δουλείαν. ὃ καὶ λόγῳ ἐνδοιασθῆναι αἰσχρὸν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ πόλεις τοσάσδε [h]ὑπὸ μιᾶς κακοπαθεῖν. ἐν ᾧ ἢ δικαίως δοκοῖμεν ἂν πάσχειν, ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι, καὶ τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, οἳ τὴν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν· ἡμεῖς δὲ ȣ̓δ' ἡμῖν αὐτοῖς βεβαιȣ͂μεν αὐτὸ, τύραννον δὲ ἐῶμεν ἐγκαθεστάναι [i]πόλιν, τοὺς δ' ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιȣ͂μεν καταλύειν. καὶ ȣ̓κ ἴσμεν ὅπως [k]τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν [l]οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, [m]ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες [n]ταῦτα, ἐπὶ τὴν πλείστους δὴ βλάψασαν καταφρόνησιν κεχωρήκατε· [o]ἣ, ἐκ τοῦ πολλοὺς σφάλλειν, τὸ ἐναντίον ὄνομα ἀφροσύνη μετωνόμασται.

ρκγ'. "Τὰ μὲν οὖν προγεγενημένα τί δεῖ μακρότερον, ἢ ἐς ὅσον τοῖς νῦν ξυμφέρει, αἰτιᾶσθαι; περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τοῖς παρȣ͂σι βοηθȣ͂ντας χρὴ ἐπι-

[f] Δεινὸν τὸ *Reg.* Δεινὸν τῷ *Gr.* [g] Ἴστε *Reg.* cum ω rec. manu super ε posito. [h] Ὑπὸ μιᾶς *Cl. Gr. Reg. Dan. Cass.* Aug. *Vasc. Bas. Steph.* 2. *Port.* [i] Πόλει *Marg. Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Omnino τύραννον πόλιν scribendum esse censet *Steph.* Sic enim et paulo infra, τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον. Τὴν πόλιν *Gr.* Τῇ πόλει *Dan.* a correctore, qui ν in fine utriusque vocis eraserat. In Mosqu. πόλιν. [k] *Scholiastes* locum hunc afferens pag. 70. legit τῶνδε τριῶν, nisi a Librario (quod suspicatur *Stephanus*) mendose apud eum scriptus est hic locus. [l] Οὐκ om. *Cl. Cass. Gr.* et *Schol.* ad Cap. 127. item Aug. Bas. [m] Videtur esse hypallage pro οὐ γὰρ δὴ πεφεύγατε τ. ἐ. τ. π. δ. β. κ. κεχωρηκότες *Æ. Port.* Εἰ ἀμελείας, ἢ μαλακίας cod. Bas. [n] Αὐτὰ *Ar. C.* [o] Ἢ *Cass.* ex emendatione fuerat. ἥ. ἡ *Gr.*

semus; nos divisos sine labore in suam potestatem redigent. Et victoriam, licet hoc alicui sit futurum auditu molestum, *is tamen* sciat nihil aliud, quam servitutem manifeste *nobis* allaturam. Quod vel dubia oratione commemorare turpe est Peloponneso, et tot urbes ab una vexari. Qua in re aut merito pati, aut propter ignaviam *hæc* perferre, et a majoribus, qui Græciam liberaverunt, degenerare videbimur. Nos vero ne nobis quidem ipsis hoc, *atque libertatem istam* stabilimus: sed civitatem quidem inter *nos ipsos* tyrannum fieri sinimus: tyrannos vero, qui sunt in una civitate, de medio tollere volumus. Nec intelligimus hæc tribus maximis vitiis non carere, imprudentia, et ignavia, et negligentia. Nec enim ab istis *vitiis* alicui, accessistis ad contemtionem, quæ plurimos jam læsit: quæ quia multos in errorem induxit, contrario nomine stultitia est appellata.

123. "Sed quid opus est de præteritis conqueri diutius, quam quatenus rebus præsentibus expedit? At futurorum causa, rebus præsentibus, opem ferre, et labores præterea sub-

ταλαιπωρεῖν. [p] πάτριον γὰρ [q] ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος, εἰ ἄρα πλούτῳ τε νῦν καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε. οὐ γὰρ δίκαιον, ἃ τῇ ἀπορίᾳ ἐκτήθη, [r] τῇ περιουσίᾳ [s] ἀπολέσθαι· ἀλλὰ θαρσοῦντας ἰέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον, τοῦ τε θεοῦ χρήσαντος, καὶ αὐτοῦ ὑποσχομένου ξυλλήψεσθαι· καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος [t] ἁπάσης [u] ξυναγωνιουμένης, τὰ μὲν, φόβῳ, [x] τὰ δὲ, ὠφελείᾳ. σπονδάς τε οὐ λύσετε πρότεροι ([y] ἅς γε καὶ ὁ θεὸς, κελεύων πολεμεῖν, νομίζει παραβεβάσθαι) ἠδικημέναις δὲ μᾶλλον βοηθήσετε. λύουσι γὰρ οὐχ οἱ [z] ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες.

ρκδʹ. "Ὥστε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον [a] ὑμῖν πολεμεῖν, καὶ ἡμῶν [b] κοινῇ τάδε παραινούντων, εἴπερ βεβαιότατον [c] τὸ ταῦτα ξυμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις εἶναι, μὴ μέλλετε Ποτιδαιάταις τε ποιεῖσθαι τιμωρίαν, οὖσι Δωριεῦσι, καὶ ὑπὸ Ἰώνων πολιορκουμένοις, (ὃ πρότερον ἦν τοὐναντίον) καὶ τῶν ἄλλων μετελθεῖν [d] τὴν ἐλευθερίαν. ὡς [e] οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένον-

[p] Aut verba illa *πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι*, parenthesi includenda; aut totum collocandum hoc modo, *περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τ. π. β. χ. ἰ. καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος (πάτριον γὰρ ἡ. ἐ. τ. π. τ. ἀ. κ.) εἰ ἄρα* etc. *Steph.* [q] Ὑμῖν *Cass.* Aug. Paullo post ὀλίγων, sed man. rec. sup. ω. positum ο. [r] Τῇ ἀπλουσίᾳ ἀπολ. et ex emendat. τῇ εὐπλουσίᾳ ἀπολ. *Gr.* ἀπουσίᾳ Bas. cod. [s] Ἀπολέσαι *Reg.* [t] Πάσης *Cass. Gr.* Aug. Bas. cod. [u] Ξυναγωνιζομένοις *C.* [x] Τὰ δ' ὠφελείᾳ *Ar. C.* [y] Ἅς τε *Ar. C.* [z] Ἀμυνόμενοι *Gr.* Paullo post in Mosqu. πρότερον. [a] Ἡμῖν *Flor.* Ὑμῖν *Cl.* Ἡμῖν *Reg. Gr.* et sic credo voluisse scribere *Hudsonum* e *Cl.* [b] Τάδε κοινῇ *Cass. Gr.* Mosqu. Aug. Bas. cod. [c] Τι *Gr.* [d] Τὴν deest *Gr.* [e] Οὐκ ἔτι *Gr.*

ire oportet. Nobis enim patrium est, virtutes, *opumque commoda*, laboribus parare: nec mores mutare *vos decet*, licet divitiis ac potentia nunc aliquantum *illos* superetis. Nam non est æquum, res paupertate partas, divitiis perdi. Sed *oportet nos* confidenter ad *hoc* bellum ire, cum multis aliis de causis, tum propter Dei oraculum, et auxilium, quod se nobis laturum promisit, tum etiam quia tota reliqua Græcia, partim metu, partim utilitate nos adjuvabit. Nec fœdera priores rumpetis: (quæ vel ipse Deus, qui bellum fieri jubet, violata censet) sed potius fœderibus ruptis opem feretis. Non enim qui vim illatam propulsant: sed qui priores aliis vim inferunt, fœdera rumpunt.

124. "Quamobrem cum omnibus de causis bellum vobis honeste suscipere liceat, et nos communiter hæc suadeamus, si modo certissimum *est*, hæc et rebus publicis et privatis conducere; cum Potidæatis, qui sunt Dorienses, et qui ab Ionibus obsidentur, (quod olim contra fiebat) opem ferre, tum etiam *pristinam* aliorum libertatem recuperare ne

τας, τοὺς μὲν, ἤδη βλάπτεσθαι, [f] τοὺς δ', εἰ γνωσθησόμεθα ξυνελθόντες μὲν, ἀμύνεσθαι δὲ [g] οὐ τολμῶντες, μὴ πολὺ ὕστερον τὸ αὐτὸ πάσχειν· ἀλλὰ νομίσαντες [h] ἐπ' ἀνάγκην ἀφῖχθαι, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, καὶ ἅμα τάδε ἄριστα λέγεσθαι, ψηφίσασθε [i] δὴ τὸν πόλεμον· μὴ φοβηθέντες τὸ αὐτίκα δεινὸν, τῆς δ' ἀπ' αὐτοῦ διὰ πλείονος εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες· (ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται· ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμῆσαι, οὐχ ὁμοίως ἀκίνδυνον) καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον ἡγησάμενοι ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως καθεστάναι, ὥστε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ, διανοεῖσθαι, παραστησώμεθα ἐπελθόντες. καὶ αὐτοί [k] τε ἀκινδύνως [l] τολοιπὸν οἰκῶμεν, καὶ τοὺς νῦν δεδουλωμένους Ἕλληνας ἐλευθερώσωμεν. [m] Τοιαῦτα [n] μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον.

ρκέ. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ ἀφ' ἁπάντων ἤκουσαν [o] γνώμην, ψῆφον ἐπήγαγον τοῖς ξυμμάχοις

[f] Τοὺς δὲ *Gr.* [g] Ἀτολμῶντες *Marg. Ar. C. Bar. Gr. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. In Aug. οὐ τολμῶντες. Supr. scriptum est ab alia manu ἀτολμοῦντες. Sed, si ex duabus vocibus una facienda sit, ἀτολμοῦντες malit *Steph.*, quia observavit verba circumflexa ex secunda conjugatione in primam transire, quum hujusmodi compositio supervenit. Ἀτολμῶντες *Dan.* οὐ τολμῶντες Mosqu. et Bas. cod. [h] Ἐς ἀνάγκην *Cl. Gr.* Εἰς ἀνάγκην *Cass.* Aug. et sic in *Reg.* a quo hæc aberant, manus recentior adscripserat. [i] Δὴ deest *Ar. C. Bar. Gr. Cl. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass. Dan.* Aug. In cod. Bas. est δή. Paullo post in eodem deest μᾶλλον. [k] Τε om. *Cl. Reg. Cass.* Aug. Paullo ante in Mosqu. est ὑπεξελθόντες. [l] Τὸ λοιπὸν *C. Bas. Cass. Gr.* Aug. [m] Ταῦτα *Cass.* Aug. [n] Μὲν om. *Cl. Cass.* Aug. [o] Γνώμης *Marg.*

cunctemini: quia res nostræ nullam exspectationem amplius patiuntur, qua alios quidem, jam injuriis affici, alios vero (si cognitum fuerit, nos concilium quidem habuisse, sed tamen injurias illatas propulsare ausos non esse) non multo post idem pati sinamus. Sed existimantes, viri socii, vos ad *hanc belli suscipiendi* necessitatem devenisse, simul etiam hæc, quæ a nobis dicuntur, optima esse, bellum jam decernite: non metuentes præsentem asperitatem; sed pacis, quæ diuturnior ex eo est sequutura, cupiditate flagrantes: (nam bello quidem pax magis confirmatur; at propter pacis cupiditatem bellum gerere nolle, non pariter periculo caret) existimantes etiam civitatem, quæ in Græcia se tyrannum constituit, æqualiter in omnes esse constitutam, ita ut aliis quidem jam imperet, aliis vero imperare cogitet, *eam* armis illatis in ditionem ac potestatem nostram redigamus; et tum nos ipsi sine periculis in posterum vivamus, tum etiam Græcos, in servitutem nunc redactos, in libertatem vindicemus. Corinthii quidem hæc dixerunt.

125. Lacedæmonii vero, auditis omnium sententiis, omnibus sociis, qui aderant ordine, majori pariter, et minori civitati, suffragii ferendi

ἅπασιν, ὅσοι παρῆσαν ἑξῆς, καὶ μείζονι καὶ ἐλάσσονι πόλει· καὶ τὸ πλῆθος ἐψηφίσαντο πολεμεῖν. [p] δεδογμένον δὲ αὐτοῖς, εὐθὺς μὲν [q] ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν, ἐκπορίζεσθαι δὲ ἐδόκει ἑκάστοις ἃ πρόσφορα ἦν, καὶ μὴ εἶναι μέλλησιν. ὅμως δὲ καθισταμένοις ὧν ἔδει, ἐνιαυτὸς μὲν οὐ διετρίβη, ἔλασσον δὲ, πρὶν ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὸν πόλεμον ἄρασθαι φανερῶς.

ρκϛʹ. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπρεσβεύοντο τῷ χρόνῳ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἐγκλήματα ποιούμενοι, ὅπως σφίσιν [r] ὅτι μεγίστη πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν, ἢ μή τι [s] ἐσακούωσι. καὶ πρῶτον μὲν πρέσβεις πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκέλευον τοὺς Ἀθηναίους τὸ ἄγος ἐλαύνειν [t] τῆς θεοῦ. τὸ δὲ ἄγος ἦν τοιόνδε. Κύλων ἦν [u] Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, τῶν πάλαι εὐγενής τε καὶ δυνατός. ἐγεγαμήκει δὲ [x] θυγατέρα Θεαγένους, Μεγαρέως ἀνδρὸς, ὃς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐτυράννει [y] Μεγάρων. χρωμένῳ δὲ τῷ Κύλωνι ἐν Δελφοῖς ἀνεῖλεν ὁ θεὸς, ἐν [z] τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ καταλαβεῖν τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν. ὁ δὲ, παρά [a] τε τοῦ Θεαγένους δύναμιν

[p] Διδογμένου *Ar. C. Dan.* [q] Ἀδύνατον *Gr.* ab emendatore superscr. Mox fin. cap. in Mosqu. est: ἔλασσον γάρ. [r] Ὅτι μεγίστη *Cass. Gr. Vasc.* Aug. *Bas.* et τοῦτο πολεμεῖν *Cass.* [s] Ἐσακύσωσι *Ar. C.* Mosqu. *Cass. Dan.* Aug. [t] Τοῦ θεοῦ *Ar. C.* [u] Ὀλυμπιονίκης ἀνὴρ Ἀθηναῖος *Reg. Cass. Gr.* Bas. Aug. in quo post πάλαι interpungitur. [x] Μεγαρέως ἀνδρὸς Θεαγένους θυγατέρα *Marg. Cam.* Διαγένους pro Θεαγένους habent *Ar. C.* [y] Μεγαρέων *Cl. Gr.* [z] Τῇ deest *Ar. C. Gr.* Mosqu. *Dan.* Bas. [a] Τε om *Cl.*

potestatem fecerunt. Et major illorum pars bellum gerendum esse decrevit. Quamvis autem illi hoc apud se constituissent, statim tamen bellum suscipere non potuerunt, quod essent imparati: sed singuli res, quæ forent utiles, parandas, nec ullam moram interponendam censuerunt. Veruntamen in hoc rerum necessariarum apparatu non integer annus est consumtus: sed minus, antequam in Atticam irrumperent, et bellum aperte susciperent.

126. Interea vero Legatos ad Athenienses miserunt, ut de illorum injuriis conquererentur, ut quam maximam et speciosissimam belli gerendi causam haberent, si illi nulla in re sibi morem gerere voluissent. Ac primum quidem Lacedæmonii, Legatis ad Athenienses missis, imperarunt, ut Deæ piaculum *urbe* pellerent. Piaculum vero hujusmodi fuit. Cylon *quidam* Atheniensis fuit, vir, qui in ludis Olympiacis vicerat, inter veteres et generis nobilitate florens, et opibus potens. Uxorem autem duxerat filiam Theagenis, viri Megarensis, qui tunc Megaris tyrannus erat. Cum autem Cylon Delphis oraculum consuluisset, Deus *ipsi* respondit, ut celeberrimo Jovis die festo Athenarum arcem occuparet. Ille vero, acceptis a Theagene copiis,

λαβὼν, καὶ τοὺς φίλους ἀναπείσας, ἐπειδὴ [b] ἐπῆλθεν Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ, κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι· νομίσας ἑορτήν τε τοῦ Διὸς μεγίστην εἶναι, καὶ [c] ἑαυτῷ τι προσήκειν, Ὀλύμπια νενικηκότι. εἰ δὲ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἢ ἄλλοθί που ἡ μεγίστη ἑορτὴ εἴρητο, [d] οὔτε ἐκεῖνος ἔτι κατενόησε, τό, τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου. ἔστι γὰρ [e] καὶ Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ [f] Μειλιχίου μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως· ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, [g] οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια. δοκῶν δὲ ὀρθῶς [h] γιγνώσκειν, ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ. [i] οἱ δ' Ἀθηναῖοι, αἰσθόμενοι, ἐβοήθησάν [k] τε πανδημεὶ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ προσκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν. χρόνου δὲ [l] ἐπιγιγνομένου, οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ [m] προσεδρείᾳ, ἀπῆλθον [n] οἱ πολλοὶ, ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα Ἄρχουσι τὴν φυλακήν [o] τε καὶ τὸ πᾶν αὐτοκράτορσι διαθεῖναι, ᾗ ἂν ἄριστα [p] διαγιγνώσκωσι. τότε δὲ τὰ πολλὰ τῶν πολιτικῶν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες ἔπρασσον. οἱ [q] δὲ μετὰ τοῦ Κύλωνος πολιορ-

[b] Ἐπῆλθον, et paullo post *κατέλαβεν* *Cass.* ἐπῆλθον Aug. et Mosqu. Prior quoque *κατέλαβεν*. [c] Ἑαυτῷ προσήκειν *Ar. C. Dan.* [d] Οὔτ' ἐκεῖνος *Gr.* [e] Illud *καὶ* non agnoscunt *Ar. C.* [f] Μουνυχίου omnino scribendum censet *Joann. Bapt. Pius.* Μειλιχείου *Gr.* [g] Οὐχ ἱερεῖα μόνον, ἀλλὰ καὶ θύματα ἐπιχώρια in vetusto quodam Codice se scriptum legisse testatur *Giraldus.* [h] Γινώσκειν *Ar. C. Reg.* Mosqu. [i] Οἱ δὲ *Ar. C. Gr.* [k] Τε om. *Cl.* sed *Gr.* non omittit. [l] Ἐγγινομένου *Ar. C. Dan.* χρόνου δ' ἐπιγ. *Gr.* Bas. cod. ἐπιγενομ. Mox in Mosqu. *οἱ* deest. [m] Προσεδρίᾳ *Dan.* Mosqu. [n] Οἱ πολλοὶ om. *Cl.* in margine *πολλοί*. [o] Τε deest *Cass. Gr.* Aug. [p] Διαγιγνώσκουσι *C.* διαγιγνώσκουσιν et ex emend. ωσιν *Gr.* διαγινώσκωσι *Reg.* [q] Τε *Gr.*

et amicis persuasis, ubi advenerunt Olympia, quæ in Peloponneso celebrantur, urbis arcem occupavit, ut tyrannidem sibi pararet: tum quia putabat, *hunc* esse maximum illum Jovis diem festum; tum etiam quia ad se, qui in ludis Olympiacis victor fuisset, nonnihil pertinere *ducebat.* Sed utrum in Attica, an uspiam alibi hic maximus dies festus *a Deo* dictus fuisset, nec ipse tunc animadvertit, neque oraculum declaravit. Nam apud Athenienses quoque sunt Diasia, quæ maximus Jovis Milichii dies festus vocantur, *et* extra urbem *celebrantur.* In quo ex omni hominum genere, ætate, et conditione multi immolant non veras, sed ex farinæ subactæ massa victimas ad verarum similitudinem factas, quibus indigenæ uti solebant. Sed cum *oraculi vim* se recte intelligere existimaret, opus est aggressus. Quod postquam Athenienses acceperunt, universi ex agris concurrentes opem *Reipublicæ* contra istos tulerunt, castrisque positis obsidere cœperunt. Sed cum tempus protraheretur, Athenienses attriti diuturna obsidione, magna ex parte discesserunt, *arcis* custodia rerumque summa novem Archontibus commissa, ut *res illas*, prout optimum fore judicarent, arbitratu suo administrarent. Tunc autem novem Archontes magnam rerum ad Rempublicam pertinentium partem ad-

κούμενοι, φλαύρως εἶχον, σίτου τε καὶ ὕδατος ἀπορίᾳ. ὁ μὲν οὖν Κύλων καὶ [r] ὁ ἀδελφὸς [s] αὐτοῦ ἐκδιδράσκουσιν· οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ἐπιέζοντο, καί τινες [t] καὶ ἀπέθνησκον [u] ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἱκέται τὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει. ἀναστήσαντες δὲ αὐτοὺς οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακὴν, ὡς ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐν τῷ ἱερῷ, [x] ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσιν, ἀπαγαγόντες, ἀπέκτειναν. καθεζομένους δέ τινας καὶ [y] ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν ἐν τοῖς βωμοῖς, ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο. καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοί τε ἐκαλοῦντο, καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. ἤλασαν μὲν οὖν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐναγεῖς τούτους· ἤλασε δὲ καὶ Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος, ὕστερον μετὰ Ἀθηναίων στασιαζόντων· τούς τε ζῶντας ἐλαύνοντες, καὶ τῶν τεθνεώτων τὰ ὀστᾶ ἀνελόντες, [z] ἐξέβαλον. κατῆλθον μέντοι ὕστερον, καὶ τὸ γένος αὐτῶν [a] ἔτι ἐστὶν ἐν τῇ πόλει.

ρκζ΄. Τοῦτο δὴ τὸ ἄγος οἱ Λακεδαιμόνιοι [b] ἐλαύνειν ἐκέλευον δῆθεν τοῖς θεοῖς πρῶτον τιμωροῦντες, εἰδότες

[r] Ὁ deest *Gr.* [s] Αὐτοῦ deest *Ar. C. Dan.* [t] Καὶ deest *Cass.* In Aug. καὶ erasum. In Mosqu. deest. [u] Ἀπὸ τοῦ λιμοῦ *Ar.* Ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ *Flor.* [x] Hæc verba idem ac ἵνα μηδὲν κακὸν ποιήσωσι significare pronunciat *Steph.* Ne quid piaculi admitteretur, vertit *Acacius.* [y] Ἐπὶ τῶν σεμνῶν τοῖς βωμοῖς *Ar. C. Dan.* [z] Ἐξέβαλλον *Cass.* Aug. [a] Ἐστιν ἔτι *Reg. Cass. Gr.* Bas. Aug. Mosqu. [b] Ἐκέλευον ἐλαύνειν τοῖς θεοῖς δῆθεν πρῶτον τιμωροῦντες *Marg. Ar. C.* atque ita scribendum censet *Steph.* quum adverbium δῆθεν ad participium τιμωροῦντες tendere constet. Ἐκέλευον ἐλαύνειν δῆθεν etc. *Cam.* Et *Cass. Gr.* Aug. Cum *Marg. Ar.* et *C.* consentit *Dan.*

ministrabant. At qui cum Cylone obsidebantur, male se habebant, quia cibi et aquæ inopia premebantur. Sed Cylon quidem, ejusque frater aufugerunt. Cæteri vero, cum premerentur, quinetiam cum nonnulli fame *jam* necarentur, ad aram, quæ est in arce, supplices sederunt. Sed illi, quibus *arcis* custodia ab Atheniensibus commissa fuerat, cum ipsos in templo morientes viderent, surgere jusserunt, polliciti fore, ut nullo maleficio ipsos afficerent; et tamen *illinc* abductos interfecerunt. Nonnullos etiam, qui ad *Eumenidum*, * venerandarum Dearum, aras sedebant, obiter interemerunt. Atque hac de causa scelerati et impii, quod scelus ac piaculum in Deam admiserunt, tam illi quam omnes ab illis oriundi sunt appellati. Athenienses igitur hos, qui huic piaculo erant obnoxii, in exsilium pepulerunt. Cleomenes etiam Lacedæmonius postea cum Atheniensibus seditione laborantibus expulit. *Hi enim* et vivos expulerunt, et defunctorum ossa collecta abjecerunt. Postea tamen redierunt, eorumque genus est adhuc in civitate.

127. Hoc igitur piaculum Lacedæmonii exterminari jusserunt, Diis, scilicet, primum *religionis specie* opem ferentes: at *revera* tum quia

* Severarum *Alii.* HudS.

[c] δὲ Περικλέα [d] τὸν Ξανθίππου [e] προσεχόμενον αὐτῷ κατὰ τὴν μητέρα, καὶ νομίζοντες, ἐκπεσόντος αὐτοῦ, ῥᾷον σφίσι [f] προχωρήσειν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. οὐ μέντοι τοσοῦτόν γ' ἤλπιζον παθεῖν ἂν αὐτὸν τοῦτο, ὅσον διαβολὴν οἴσειν αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν, ὡς καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ξυμφορὰν τὸ μέρος ἔσται ὁ πόλεμος. ὢν γὰρ δυνατώτατος τῶν καθ' [g] ἑαυτὸν, καὶ ἄγων [h] τὴν πολιτείαν, ἠναντιοῦτο πάντα τοῖς Λακεδαιμονίοις· καὶ οὐκ εἴα ὑπείκειν, ἀλλ' ἐς τὸν πόλεμον ὥρμα τοὺς Ἀθηναίους.

ρκή. Ἀντεκέλευον δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Λακεδαιμονίους τὸ [i] ἀπὸ Ταινάρου ἄγος ἐλαύνειν. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ἀναστήσαντες ποτὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων [k] τοὺς [l] ἱκέτας, ἀπαγαγόντες, [m] διέφθειραν. [n] δι' ὃ δὴ καὶ σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι [o] ἐν Σπάρτῃ. ἐκέλευον δὲ [p] καὶ τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἄγος ἐλαύνειν αὐτούς· ἐγένετο δὲ τοιόνδε. ἐπειδὴ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος [q] τοπρῶτον μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Σπαρτια-

[c] Τε *Ar. C.* Δὴ *Marg. Cam. Flor.* non probat *Steph.* Δὲ καὶ Περ. *Cl.* Εἰδότες Περικλέα *Gr.* [d] Τοῦ *Dan.* [e] Προσεχόμενοι *Cl.* Bas. [f] Προσχωρήσειν *Marg. Cam.* improbat *Steph.* Προχωρεῖν *Ar. C. Cl. Gr. Ald. Bas. Reg. Cass. Dan.* Aug. [g] Ἑαυτῶν *Ar.* [h] Τὴν πόλιν *Gr.* [i] Ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων *Cass.* Intermedia desiderantur, obvio errore scribentium. Sed manus recentior in imo marg. adscripsit. [k] Τοὺς om. *Cl. Gr. Cass.* Bas. Aug. [l] Post ἱκέτας potius, quam ἀπαγαγόντες, interpungendum censet *Steph.* In Aug. interpunctio omittitur. [m] Ἀπέκτειναν *Marg.* Alicujus illud διέφθειραν exponentis esse arbitratur *Steph.* [n] Διὸ *Cass.* Aug. [o] Ἐν τῇ Σπάρτῃ *Ar. C. Dan.* [p] Καὶ deest *Gr.* [q] Τὸ πρῶτον *C. Bas.* et sic paullo infra. *Cass.*

sciebant, Periclem Xanthippi *filium* huic piaculo propter maternum genus affinem esse, tum etiam quia credebant illo expulso, ea, quæ ab Atheniensibus fieri volebant, sibi facilius successura. Non tamen tam sperabant, hoc illi eventurum, quam hoc ipsum invidiam apud populum illi conflaturum, quasi ob illius calamitatem magna ex parte hoc bellum esset futurum. Nam cum potentissimus esset omnium suæ ætatis hominum, cumque Rempublicam administraret, omnibus in rebus adversabatur Lacedæmoniis: nec sinebat Athenienses *illis* cedere, sed ad bellum *eos* incitabat.

128. Athenienses vero et ipsi vicissim Lacedæmoniis imperarunt, ut illos, qui piaculo ad Tænarum admisso tenebantur, ex urbe pellerent. Lacedæmonii enim cum olim Helotas supplices ex Neptuni templo a Tænaro excitassent, eos abductos interfecerunt. Quamobrem etiam *Lacedæmonii* magnum illum terræ-motum Spartæ sibi ipsis accidisse putant. Illos præterea piaculum Palladis Chalciœcæ tollere jusserunt. Id vero hujusmodi fuit. Postquam

τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ κριθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀπελύθη μὴ ἀδικεῖν, δημοσίᾳ μὲν [r] οὐκέτι ἐξεπέμφθη, ἰδίᾳ δὲ αὐτὸς τριήρη λαβὼν Ἑρμιονίδα, ἄνευ Λακεδαιμονίων ἀφικνεῖται ἐς Ἑλλήσποντον· τῷ μὲν λόγῳ, ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, τῷ δὲ ἔργῳ, [s] τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα βουλόμενος πράσσειν. ὥσπερ καὶ [t] τοπρῶτον [u] ἐπεχείρησεν, ἐφιέμενος τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς. εὐεργεσίαν δὲ ἀπὸ τοῦδε πρῶτον ἐς βασιλέα κατέθετο, καὶ τοῦ παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιήσατο. [x] Βυζάντιον γὰρ ἑλὼν τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ μετὰ τὴν ἐκ Κύπρου ἀναχώρησιν ([y] εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ) τότε τούτους οὓς ἔλαβεν, ἀποπέμπει βασιλεῖ κρύφα τῶν ἄλλων ξυμμάχων· τῷ δὲ λόγῳ, ἀπέδρασαν αὐτόν. ἔπρασσε δὲ ταῦτα μετὰ Γογγύλου τοῦ [z] Ἐρετριέως, ᾧπερ ἐπέτρεψε τό, τε Βυζάντιον καὶ τοὺς αἰχμαλώτους. ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γογγύλον φέροντα αὐτῷ. ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε [a] καὶ ἐν αὐτῇ, ὡς ὕστερον ἀνευρέθη. "Παυσανίας ὁ ἡγεμὼν τῆς

[r] Οὐκ ἔτι et *ἰδίᾳ δ' αὐτὸς Gr.* Bas. *μὲν οὖν οὐκέτι.* Aug. *οὐκ ἔτι.* [s] *Βουλόμενος τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα πράσσειν Ar. C.* Mosqu. Βουλόμενος om. *Cl. Gr.* Omittunt etiam *Reg.* et *Cass.* Aug. Cum *Ar. C.* consentit *Dan.* [t] Τὸ πρῶτον *Cass. Gr.* Aug. [u] Ἐνεχείρησαν *Cl.* Ἐνεχείρησεν *Cass.* Aug. Ἐπεχείρισεν *Gr.* [x] Βυζάντιον δὲ ἑλὼν *Ar.* [y] Εἶχον δὲ καὶ Μῆδοι *Dan.* [z] Ἐρετριέως ᾧ ἐπέτρ. *Cl. Gr. Cass.* Bas. Ἐριτρίως *Dan.* [a] Καὶ deest *Ar. C. Cl. Reg. Cass.* Bas. Aug. Mosqu.

Pausanias Lacedæmonius a Spartanis primum revocatus ab imperio, quod in Hellesponto habebat, causaque apud illos dicta, ab ipsis est absolutus, et innocens habitus, publice quidem ad nullam expeditionem postea amplius est emissus; sed ipse, privatim sumta triremi Hermionide, sine Lacedæmoniis abiit in Hellespontum, verbis quidem, *et ut ipse jactabat*, ad Græcum bellum: re vero ipsa, quia *susceptum* negotium cum Rege transigere volebat: quemadmodum et initio *rem* aggressus fuerat, Græciæ principatum affectans. Atque hinc primum beneficium apud Regem collocavit, totiusque rei fecit initium. Cum enim post suum e Cypro reditum, priore adventu Byzantium occupasset, (Medi autem, et quidam Regis necessarii, et cognati, qui in eo capti fuerant, id tenebant:) tunc hos, quos ceperat, clam cæteris sociis ad Regem remisit. Sed rumore, *quem de illis sparserat*, ex ipsius manibus aufugerant. In his autem peragendis usus est opera et auxilio Gongyli Eretriensis, cujus fidei et Byzantium et captivos commiserat. Misit etiam Gongylum cum epistola, quam ad ipsum *Regem* ferebat. Hæc autem in ea continebantur, ut postea compertum est. "Pausanias dux Spartæ, hos, quos

Σπάρτης τούσδε [b] τέ σοι [c] χαρίζεσθαι βουλόμενος, [d] ἀποπέμπει δορὶ ἑλών· καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἴ καί σοι δοκεῖ, [e] θυγατέρα τε τὴν σὴν γῆμαι, καί σοι Σπάρτην [f] τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι, μετὰ σοῦ βουλευόμενος. εἰ οὖν τι σὲ τούτων ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πιστὸν ἐπὶ θάλασσαν, δι' οὗ [g] τολοιπὸν τοὺς λόγους ποιησόμεθα.

ρκθ'. Τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Ξέρξης δὲ ἥσθη [h] τε τῇ ἐπιστολῇ, καὶ ἀποστέλλει Ἀρτάβαζον τὸν Φαρνάκου ἐπὶ [i] θάλασσαν, καὶ κελεύει αὐτὸν τήν τε [k] Δασκυλῖτιν σατραπείαν παραλαβεῖν, Μεγαβάτην ἀπαλλάξαντα, ὃς πρότερον ἦρχε· καὶ [l] παρὰ Παυσανίαν ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀντεπετίθει αὐτῷ, ὡς τάχιστα διαπέμψαι, καὶ τὴν σφραγῖδα ἀποδεῖξαι. καὶ ἤν τι αὐτῷ Παυσανίας [m] παραγγέλλῃ περὶ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων, πράσσειν ὡς ἄριστα καὶ πιστότατα. ὁ δὲ ἀφικόμενος, τά τε ἄλλα ἐποίησεν [n] ὥσπερ εἴρητο, καὶ τὴν ἐπιστολὴν διέπεμψεν. [o] ἀντεγέγραπτο δὲ τάδε.

[b] Τε abest *Ar.* In Mosqu. paullo ante abest ὁ. [c] Χαρίσασθαι *Marg. Ar. C.* [d] Adduci non potest *Stephanus*, ut credat, *Thucydidem* aliter quam ἀποπέμπω scripsisse: quum sequatur non solum ποιοῦμαι, sed etiam δοκῶ. [e] Θυγατέρα τε σὴν *Cam.* [f] Τε non agnoscunt *Ar. C.* [g] Τὸ λοιπὸν *Ar. C. Cass.* Aug. Paullo ante in Mosqu. pro σὲ τούτων est σοι. [h] Τε deest *Ar. C. Gr.* Ξέρξης τε ἥσθη τῇ ἐπιστολῇ *Gr.* [i] Θαλάσσης *Ar. C. Dan.* [k] Δασκυλείτιν *Reg.* Δασκυλίτιν *Cass.* Σατραπίαν *Reg. Dan.* [l] Περὶ *Bar. Bas.* Mosqu. habet παρά. [m] Παραγγέλῃ *Gr.* Mosqu. [n] Ὡς προείρητο *Ar. C.* [o] Ἀντεπεγέγραπτο *Bar. Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Mosqu. habet ἀντεγέγραπτο.

armis cepit, tibi gratificari cupiens, remittit. Habeoque in animo (si tibi quoque placet) filiam tuam in matrimonium ducere; et Spartam, et cæteram Græciam sub tuam potestatem redigere. Existimo autem me posse hæc peragere, si tecum consilia communicem. Si quid igitur horum tibi placet, hominem fidum ad mare mittas face, per quem posthac colloquemur, *et rem transigemus.*

129. Atque hæc sunt, quæ in illa epistola verbis disertissimis continebantur. Xerxes vero lætatus est hac epistola, et Artabazum Pharnaci filium ad mare misit, eumque jussit accipere provinciam Dascylitin, Megabate, qui *ei* ante præfuerat, dimisso; eique vicissim epistolam ad Pausaniam dedit, imperans, ut eam Byzantium quam celerrime mitteret, illique sigillum ostenderet: et, si quid Pausanias de suis negotiis mandaret, quam rectissime, et quam fidelissime conficeret. Ille vero *eo* profectus, cum alia fecit, quemadmodum fuerat imperatum, tum etiam epistolam misit. Hoc autem responsum in ea scriptum erat. " Rex

"Ὧδε λέγει βασιλεὺς Ξέρξης Παυσανίᾳ, καὶ τῶν ἀνδρῶν οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου [p] διέσωσας, [q] κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ [r] ἀνάγραπτος, καὶ τοῖς λόγοις τοῖς ἀπὸ σοῦ ἀρέσκομαι. καί σε [s] μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω, ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τι ὧν ἐμοὶ ὑπισχνῇ· μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δαπάνῃ κεκωλύσθω, μηδὲ στρατιᾶς πλήθει, εἴποι δεῖ παραγίγνεσθαι· ἀλλὰ [t] μετ' Ἀρταβάζου ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὅν σοι ἔπεμψα, πρᾶσσε [u] θαρσῶν καὶ τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σὰ, ὅπῃ κάλλιστα καὶ ἄριστα ἕξει ἀμφοτέροις.

ρλʹ. Ταῦτα λαβὼν ὁ Παυσανίας τὰ γράμματα, ὢν καὶ [x] πρότερον ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν [y] Πλαταιάσιν ἡγεμονίαν, [z] πολλῷ τότε μᾶλλον ἦρτο, καὶ [a] οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ [b] καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν· ἀλλὰ σκευάς τε Μηδικὰς ἐνδυόμενος ἐκ τοῦ Βυζαντίου ἐξῄει, καὶ διὰ τῆς Θρᾴκης πορευόμενον αὐτὸν Μῆδοι καὶ Αἰγύπτιοι ἐδορυφόρουν. τράπεζάν τε [c] Περσικὴν παρετίθετο, καὶ κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προὐδήλου ἃ τῇ γνώμῃ

[p] Ἔσωσας *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. [q] Κεῖται *Cl.* κείσεται in *marg.* Κεῖται *Reg.* [r] Ἄγραπτος *Gr.* [s] Μήτε ἡμέρα *Reg. Cass. Gr.* Aug. [t] Μετὰ Ἀρταβάζου *Ar. C.* [u] Θαῤῥῶν *Ar. C. Dan.* Mosqu. Mox in Mosqu. desunt: καὶ ἄριστα. [x] Πρῶτον *Ar. C.* [y] Πλαταιᾶσιν *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [z] Πολλῷ τότε μᾶλλον *Ar. C. Cam. Cass. Dan. Gr.* [a] Οὐκ ἔτι ἠδύνατο *Gr.* [b] Καθεστηκότι *Marg. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Gr.* Aug. [c] Μηδικὴν *Marg. Ald. Flor. Bas.* non probat *Steph.* Μηδικὴν etiam *Gr.* et ita recens manus inter versus scripserat in *Cass.*

Xerxes Pausaniæ sic respondet: cum ob viros, quos mihi trans mare incolumes Byzantio remisisti, beneficii gratia in domo nostra tibi perpetuo manebit reposita, scriptisque nunquam delendis mandata; tum etiam tua verba mihi placent. Ac te neque nox neque dies remoretur, ita ut remisse agas quicquam eorum, quæ mihi polliceris: neque auri, neque argenti impensis *hæc* impediantur, neque *ulla* copiarum multitudine, si quo sit veniendum; sed cum Artabazo viro probo *ac fideli*, quem ad te misi, meas tuasque res, prout e dignitate ac utilitate utriusque nostrum maxime esse judicaris, transige confidenter.

130. Pausanias his literis acceptis, cum magnam auctoritatem jam ante apud Græcos haberet, *et ab illis valde honoraretur* propter imperium ad Platæas gestum, tunc animos longe magis efferre cœpit, nec amplius consuetis ac patriis institutis vivere potuit: sed cultu Medico ornatus prodiit Byzantio, ejusque per Thraciam euntis latera Medi et Ægyptii satellites armati stipabant. Mensam quoque Persicam sibi apponi curabat: neque suas cogitationes amplius continere poterat; sed paucis levibusque rebus aperte prodebat res magnas,

μειζόνως ἐσέπειτα ἔμελλε πράξειν. δυσπρόσοδόν τε, [d] αὑτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, [e] ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι. διόπερ καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους [f] οὐχ ἥκιστα ἡ ξυμμαχία μετέστη.

ρλα΄. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι, [g] τό, τε πρῶτον δι' αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηῒ [h] τοδεύτερον ἐκπλεύσας, οὐ κελευσάντων αὐτῶν, τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν. καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίᾳ [i] ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς, ἐς μὲν τὴν Σπάρτην οὐκ ἐπανεχώρει, ἐς δὲ [k] Κολωνὰς τὰς Τρωϊάδας [l] ἱδρυθεὶς, πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς [m] ἐς τοὺς βαρβάρους, καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος. οὕτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον, ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ Ἔφοροι, καὶ σκυτάλην, εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι. εἰ δὲ μὴ, πόλεμον αὐτῷ Σπαρτιάτας προαγορεύειν. ὁ δὲ, βουλόμενος [n] ὡς ἥκιστα ὕποπτος εἶναι, καὶ πιστεύων χρήμασι διαλύσειν [o] τὴν διαβολὴν, ἀνεχώρει τοδεύτερον [p] ἐς Σπάρτην. καὶ ἐς μὲν τὴν εἱρ-

[d] Αὑτὸν *Cass. Gr.* et παρεῖχεν *Cass.* Aug. Paullo ante cod. Bas. ἐδύνατο. [e] Ὥστε μὴ δύνασθαι *Cl.* Paullo ante εἰς πάντας *Reg.* [f] Οὐχήκιστα *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Οὐχ ἥκιστα καὶ ξυμμαχία *Gr.* [g] Τότε πρῶτον *Cass. Gr.* Aug. et ἀνεκαλέσαντο *Cass.* Aug. Mosquens. [h] Τὸ δεύτερον *C. Bas.* et sic paullo infra ut et τὸ πρῶτον. Τὸ δεύτερον utroque loco etiam *Cass. Gr.* Aug. et τὸ πρῶτον infra *Cass.* Aug. [i] Ἀπὸ Ἀθηναίων *C.* [k] Κωλωνὰς *Cl.* Κολωνὰς τὰς Τρωάδας *Reg. Cass.* Aug. [l] Ἱδρυνθεὶς *Marg. Ar. C. Dan.* Mosqu. [m] Πρὸς *Cam. Cl. Reg. Cass. Gr.* Aug. Mosqu. Ἐς in *Reg.* rec. manu super πρὸς scriptum erat, tamquam scholion. Ἐς τοὺς βαρβάρους αὐτοῖς *Dan.* [n] Ὡς deest *Ar. C. Dan.* Paullo ante προσαγορεύειν *Dan.* [o] Τὴν παραβολὴν *Marg.* lectionem supposititiam esse existimat *Steph.* [p] Ἐς τὴν Σπάρτην *Gr.*

quas animo conceperat, et postea peragere statuerat. Præterea se *cunctis* aditu difficilem præbebat, et iracundia adeo gravi in omnes pariter utebatur, ut *ad eum* nullus posset accedere. Quamobrem etiam potissimum socii ad Atheniensium partes transiverunt, *seque illis adjunxerunt.*

131. Lacedæmonii vero his auditis, propter hæc ipsa et primum eum revocarunt, et postquam iterum Hermionide navi vectus, ipsorum injussu, hujusmodi facinora facere videbatur. Et Byzantio ab Atheniensibus obsesso per vim pulsus, Spartam quidem non revertebatur: at ipsis nuntiabatur, eum sedes ad agri Trojani Colonas posuisse, et consilia cum barbaris agitare, neque *publici* boni causa diutius *illic* manere: ita demum non amplius supersederunt; sed Ephori misso caduceatore, et scytale, imperarunt, ne a caduceatore discederet; alioqui, Spartanos ei, *ut hosti*, bellum indicere *significarunt.* Ille vero, cum quam minimum suspectus esse vellet, et crimen objectum se pecuniis diluturum speraret, iterum Spartam rediit. Ac primum quidem ab Ephoris in carcerem est

κτὴν ἐσπίπτει τοπρῶτον ὑπὸ τῶν Ἐφόρων· (ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο·) ἔπειτα, διαπραξάμενος, ὕστερον ἐξῆλθε, καὶ καθίστησιν [q] ἑαυτὸν ἐς κρίσιν τοῖς βουλομένοις [r] περὶ αὐτῶν ἐλέγχειν.

ρλβʹ. Καὶ φανερὸν μὲν [s] εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον, οὔτε οἱ ἐχθροὶ, οὔτε ἡ πᾶσα πόλις, ὅτῳ ἂν πιστεύσαντες βεβαίως ἐτιμωροῦντο ἄνδρα γένους [t] τε τοῦ βασιλείου ὄντα, καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα. Πλείσταρχον γὰρ τὸν Λεωνίδου, ὄντα βασιλέα, καὶ νέον ἔτι, ἀνεψιὸς ὢν, [u] ἐπετρόπευεν. ὑποψίας δὲ πολλὰς παρεῖχε, τῇ τε παρανομίᾳ, καὶ ζηλώσει τῶν βαρβάρων, μὴ ἴσος βούλεσθαι εἶναι τοῖς παροῦσι. τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν, [x] εἴτι που ἐξεδεδιῄτητο τῶν καθεστώτων νομίμων, καὶ ὅτι ἐπὶ τὸν [y] τρίποδά ποτε τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε,

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν [z] ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐ-

[q] Αὑτὸν *Ar. C. Dan.* Mosqu. [r] Περὶ αὐτὸν *Cl. Reg. Cass.* et *Reg.* in marg. recenti manu γρ. καὶ περὶ αὐτῶν. Aug. cod. περὶ αὐτὸν, ut et Mosqu. [s] Εἶχον οἱ Σπαρτιᾶται οὐδὲν *Reg.* [t] Τε deest *Reg.* τοῦ *Dan.* [u] Ἐπετρόπευεν *Marg. Cl. Gr.* atque ita scribendum censet *Steph. Reg. Cass.* Bas. at ed. Bas. ἐπετρόπευσεν. [x] Εἴ που τι *Gr.* [y] Τρίποδά τε τὸν ἐν *Reg.* [z] Ὤλεσα et proximo versu ἀνέθηκα scriptum fuisse putat *Steph.*

conjectus, (Ephoris enim Regem ita tractare licet,) deinde vero re *cum Magistratibus* transacta, postea *inde* exivit, seque reum constituit, et crimina sibi objecta cuilibet in judicio coarguendi potestatem fecit.

132. Spartani vero nullum quidem manifestum signum habebant, neque ipsius inimici, neque universa civitas, quo sine dubitatione freti supplicium sumerent de viro, qui et regio genere natus, et honore *magno* tunc temporis præditus erat. Plistarchi enim Leonidæ *filii*, cum rex et puer adhuc esset ipse, qui ejus erat consobrinus, tutelam gesserat. Cæterum multas suspiciones præbebat, cum ob morum insolentiam, tum etiam ob barbarorum æmulationem, se nolle in præsenti rerum statu acquiescere: et cum alias ejus actiones accurate considerabant, si qua in re a moribus receptis et patriis institutis recessisset, et studia ab his aliena sequutus fuisset; tum etiam quod olim in tripode, qui Delphis erat, quem Græci ex primitiis manubiarum, a Medis victis ablatarum, *Deo* dicaverant, hoc distichum scriptum ipse privatim inscribendum censuisset,

Postquam Græcorum dux agmina Medica fudit,
Phœbo Pausanias hæc monumenta dedit.

sed Lacedæmonii hoc epigramma pro-

θὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελῦσαι τὸν βάρβαρον, [a] ἔστησαν τὸ ἀνάθημα. τοῦ μέντοι Παυσανίου ἀδίκημα καὶ [b] τοῦτ' ἐδόκει εἶναι, [c] καὶ ἐπεί γε δὴ ἐν τούτῳ [d] καθειστήκει, πολλῷ μᾶλλον παρόμοιον πραχθῆναι [e] ἐφαίνετο τῇ παρούσῃ διανοίᾳ. [f] ἐπυνθάνοντο [g] δὲ καὶ [h] ἐς τοὺς Εἵλωτας πράσσειν τὶ αὐτόν. καὶ ἦν [i] δὲ οὕτως. ἐλευθέρωσίν τε γὰρ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς καὶ πολιτείαν, ἢν ξυνεπαναστῶσι, καὶ τὸ πᾶν ξυγκατεργάσωνται. ἀλλ' οὐδ' ὣς οὐδὲ τῶν Εἱλώτων μηνυταῖς [k] τισι πιστεύσαντες, ἠξίωσαν νεώτερόν τι ποιεῖν [l] εἰς αὐτόν· χρώμενοι τῷ [m] τρόπῳ ᾧπερ εἰώθασιν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, ἄνευ [n] ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον· πρίν γε δὴ αὐτοῖς, ὡς λέγεται, ὁ μέλλων τὰς τελευταίας βασιλεῖ ἐπιστολὰς πρὸς Ἀρτάβαζον κομιεῖν, ἀνὴρ Ἀργίλιος, παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ, καὶ πιστότατος ἐκείνῳ, μηνυτὴς [o] γίγνεται· δείσας κατὰ ἐνθύμησίν τινα, ὅτι οὐδείς πω τῶν [p] πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν ἀφίκετο· καὶ παραποιη-

[a] Ἕστησαν τὸ *Marg. Ar. C. Cl. Reg. Cass.* Ἕστησαν τὸ *Gr.* (In reliquis ἱστήσαντο.) [b] Τοῦτο ἐδόκει *Reg. Cass.* Aug. [c] Καὶ ἐπειδὴ ἐν *Cl. Gr. Cass.*; Aug. ἐπειδὴ et Bas. καὶ ἐπειδή. Ἐπειδὴ ἐν *Reg.* [d] Καθειστήκῃ *Flor.* [e] Ἐδοὐλετο *Marg.* [f] Ἐπυνθάνετο *Dan.* [g] Δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τ. Ἑ. π. τί. καὶ *Reg.* [h] Ἐς *Ar. C. Gr.* Bas. [i] Γὰρ eadem manu inter versus *Cass.* [k] Τισι deest *Ar. Dan.* [l] Ἐς *Ar. C.* Mosqu. [m] Τρόπῳ ᾧ εἰωθάσιν *Ar. C. Dan.* in Mosqu. εἰώθεσαν. [n] Ἀμφισβητήτων *Gr.* [o] Γίνεται *Ar. Reg. Cass. Gr.* Aug. [p] Πρὸ αὐτοῦ *Ar. C.*

tinus ex tripode tunc exsculpserunt, et *in eo* singulas civitates nominatim inscripserunt, quotquot armis, opibusque conjunctis barbarum profligaverant, et donum istud *Deo* dicaverant. Hoc igitur etiam inter cætera injusta Pausaniæ facinora numerabatur, et postquam in hoc statu res ejus esse cœperunt, *tunc* multo magis *hoc ejus factum* præsenti *perduellionis* consilio consentaneum esse videbatur. Quinetiam audiebant eum aliquid cum servis agitare, quod verum erat: libertatem enim et civitatem ipsis pollicebatur, si secum insurrexissent, summamque rei secum transegissent. Sed tamen ne sic quidem, ullis servorum indiciis habita fide, quicquam novi in ipsum statuere voluerunt, utentes more, quo erga se ipsos *uti* consueverunt, ut non sint celeres ad aliquid gravius de viro Spartano sine manifestissimis ac minime dubiis indiciis decernendum: donec tandem quidam, (ut fertur,) qui postremas epistolas ad Regem scriptas erat ad Artabazum perlaturus, vir Argilius, qui quondam ejus amasius fuerat, idemque illi fidelissimus, ad eos indicium detulit: territus quadam suspicione, quæ ipsi in mentem venerat, quod nullus de nuntiis ante se missis adhuc rediisset. Quare cum sigillum

σάμενος σφραγῖδα, ἵνα, ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος [q] μεταγράψαι τὶ αἰτήσῃ, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολάς· ἐν αἷς ὑπονοήσας τὶ [r] τοιοῦτον προσεπεστάλθαι, καὶ [s] αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν.

ρλγ΄. [t] Τόδε δὴ οἱ Ἔφοροι, δείξαντος αὐτοῦ τὰ γράμματα, μᾶλλον [u] μὲν ἐπίστευσαν, αὐτήκοοι δὲ [x] βουληθέντες [y] ἔτι γενέσθαι [z] αὐτοῦ Παυσανίου τὶ λέγοντος, ἀπὸ παρασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Ταίναρον ἱκέτου οἰχομένου, καὶ [a] σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην, [b] ἐς ἣν τῶν τε Ἐφόρων [c] ἐντὸς τινὰς ἔκρυψε, καὶ Παυσανίου ὡς αὐτὸν ἐλθόντος, καὶ ἐρωτῶντος [d] τὴν πρόφασιν τῆς ἱκετείας, ᾔσθοντο πάντα σαφῶς, αἰτιωμένου τοῦ ἀνθρώπου τά τε περὶ αὐτοῦ γραφέντα, καὶ [e] τἆλλα ἀποφαίνοντος καθ᾽ ἕκαστον, ὡς [f] οὐδὲν πώποτε αὐτὸν ἐν ταῖς πρὸς βασιλέα διακονίαις [g] παραβάλοιτο, προτιμηθείη [h] δ᾽ ἐν ἴσῳ τοῖς πολλοῖς τῶν διακόνων ἀποθανεῖν· κἀκείνου αὐτά [i] τε ταῦτα

[q] Τὶ μεταγράψαι *Ar. C. Cass. Dan. Gr.* Aug. Bas. Mosqu. [r] Τοιοῦτο *Cass.* Aug. [s] Αὐτὸν *Cass. Gr.* Aug. [t] Τότε δὴ *Ar. C. Ald. Flor. Bas.* Τότε οἱ *Cl.* Τότε δὲ οἱ *Gr.* Bas. *Cass.* Aug. [u] Ἂν *Reg.* et supr. eadem manu γρ. μέν. [x] Βουλευθέντες *Cass.* in Aug. a correctore βουληθέντες. [y] Ἔτι deest *Ar. C. Dan.* [z] Magis usitate dicitur αὐτῷ τοῦ Παυσανίου *Steph.* [a] Σκηνωσαμένου *Dan.* [b] Εἰς *Cass.* Aug. [c] Particulam ἐντὸς plane supervacaneam esse existimat *Steph.* et om. *Cl.* [d] Τὴν πρόφασιν non agnoscit *Ar.* In *Dan.* quoque desideratur πρόφασιν, sed in *marg.* adnotatum est post ἱκετείας legendum πρόφασιν. [e] Τἄλλ᾽ *Reg. Cass.* Aug. [f] Οὐδὲ *Reg.* [g] Παραβάλλοιτο *Reg.* et προετιμηθείη ab emendatore inter versus *Gr.* in cod. Mosqu. διαβάλλοιτο. [h] Δὲ ἐν *Ar. C. Dan.* [i] Τε om. *Cl. Reg. Cass. Gr.* Aug.

Pausaniæ sigillo simile fecisset, (ut, si opinione sua deceptus fuisset, aut etiam si quid ille mutare voluisset, non agnosceret,) epistolarum vincula laxavit. In quibus suspicatus aliquid hujusmodi præterea mandatum esse, se quoque scriptum cædique destinatum invenit.

133. Cum igitur ille has literas Ephoris tunc ostendisset, vehementius illi quidem *quam ante* crediderunt. Cæterum quia præterea suis ipsorum auribus aliquid, ipsius Pausaniæ loquentis ore prolatum, audire vellent; ex composito vir ille supplex ad Tænarum confugit, ibique tugurium construxit, quod septo interposito disclusum erat, in quo quosdam de Ephoris abscondidit; cumque Pausanias ad ipsum venisset, et supplicationis causam ex illo quæreret, omnia plane audiverunt; dum ille conquereretur de rebus in suam perniciem ab ipso scriptis, dum etiam alia singulatim declararet, quomodo nunquam in obeundis apud Regem ministeriis ipsum ullis periculis objecisset, et tamen dignus habitus fuisset, qui, æque ac multi alii ipsius ministri, cæderetur. Ille autem et hæc ipsa confessus est, nec eum propter id, quod tunc acciderat,

ξυνομολογοῦντος, καὶ περὶ τοῦ παρόντος [k] οὐκ ἐῶντος ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ πίστιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ διδόντος τῆς [l] ἀναστάσεως, καὶ ἀξιοῦντος [m] ὡς τάχιστα πορεύεσθαι, καὶ μὴ τὰ πρασσόμενα διακωλύειν.

ρλδʹ. Ἀκούσαντες δὲ ἀκριβῶς, τότε μὲν ἀπῆλθον οἱ Ἔφοροι· βεβαίως δὲ ἤδη εἰδότες, ἐν τῇ πόλει τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. λέγεται [n] δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι [o] ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν Ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει· ἄλλου δὲ νεύματι ἀφανεῖ χρησαμένου, καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ, καὶ [p] προκαταφυγεῖν· ἦν [q] δὲ ἐγγὺς τὸ τέμενος. καὶ ἐς οἴκημα οὐ μέγα, ὃ ἦν τοῦ ἱεροῦ, [r] ἐσελθὼν, ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ, [s] τοπαραυτίκα μὲν ὑστέρησαν τῇ διώξει· μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ τε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν, καὶ ἀπολαβόντες εἴσω, ἀπῳκοδόμησαν. [t] προσκαθεζόμενοί τε, ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἀποψύχειν, ὥσπερ εἶχεν

[k] Οὐκ ἐῶντος λογίζεσθαι *Ar. C.* [l] Suspecta *Stephano* vox ἀναστάσεως. Τῆς ante ἀναστάσεως deest *Dan.* [m] Ὡς deest *Ar. C.* ut et mox articulus τὰ ante πρασσόμενα. Sic etiam *Dan.* [n] Δὲ αὐτὸν, et paullo post προσιόντος ὡς ἴδε *Gr.* in Mosqu. quoque δέ. [o] Verba hæc ἐν τῇ ὁδῷ sequentibus jungit *Valla.* [p] Προκαταφυγεῖν λέγεται δηλονότι, ἦν *Gr.* [q] Δ' ἐγγὺς *Ar. C.* Τὸ ante τέμενος deest *Dan.* [r] Καταφυγὼν *Marg.* Εἰσελθὼν *Ar. C.* in compositis contra morem *Thucyd.* sæpius εἰς pro ἐς utuntur. [s] Τὸ παραυτίκα *Ar. C. Cass.* Aug. Mosqu. Paullo ante ἡσύχαζε *Gr.* et mox ὑστέρισαν *Dan.* [t] Προκαθεζόμενοι *Reg.* Mox εἶχον Aug.

irasci permisit; sed fidem ei dedit, et ex templo impune surgere jussit, ac oravit, ut quam celerrime pergeret, nec sua negotia impediret.

134. Tunc vero Ephori, *his omnibus* diligenter auditis, abierunt. Cum autem rem plane compertam jam haberent, eum in urbe comprehendere conabantur. Fama autem est, ipsum, cum in via jam comprehendendus esset, cumque unius Ephororum *ad se* accedentis vultum conspexisset, cognovisse qua de causa veniret: cumque alius pro benevolentia, qua ipsum prosequebatur, nutu clandestino *rem ipsi* significasset, ad templum *Palladis* Chalciœcæ cursu se proripuisse, et fuga *cæteros* antevertisse: fanum autem erat vicinum. Et in exiguam templi ædiculam ingressus, ne sub dio agens *aliquid incommodi* pateretur, *in ea* se continebat. Illi vero, qui eum insequebantur, tunc quidem assequi non potuerunt: sed postea et ipsius ædiculæ tectum sustulerunt, et valvas, cum eum intus esse observassent et ingressum circumdedissent, muro obstruxerunt; eumque obsidentes, fame expugnarunt: et cum animam jam esset efflaturus, *illi*, ut se in ædicula habebat cognoscentes, eum ex templo adhuc spi-

ἐν τῷ οἰκήματι, [u] αἰσθόμενοι, ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἔμπνουν ὄντα. καὶ ἐξαχθεὶς, ἀπέθανε παραχρῆμα. καὶ αὐτὸν [x] ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν [y] Κεάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους [z] ἐμβάλλειν εἰώθεσαν. ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι. ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν, οὗπερ ἀπέθανε, (καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ προτεμενίσματι, ὃ γραφῇ στῆλαι δηλοῦσι) καὶ ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον, δύο σώματα [a] ἀνθ' ἑνὸς τῇ Χαλκιοίκῳ ἀποδοῦναι. οἱ δὲ, ποιησάμενοι χαλκοῦς ἀνδριάντας δύο, ὡς ἀντὶ Παυσανίου ἀνέθεσαν.

ρλε΄. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ τοῦ θεοῦ ἄγος κρίναντος, ἀντεπέταξαν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐλαύνειν αὐτό. τοῦ δὲ Μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου [b] Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπητιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς εὕρισκον ἐκ [c] τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων· [d] ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζε-

[u] Αἰσθόμενοί τε *Cl. Reg. Cass. Gr.*, sed in hoc τε adscripserat corrector. Aug. et Mosqu. αἰσθόμενοί τε. [x] Ἐμέλλησαν *Marg. Cam.* et *Schol.* non tamen probat *Steph.* Vide *Annot.* in *Schol.* Ἐμέλησαν cum ι paullo recentiore manu super η scripto *Reg.* Bas. [y] Κεάδαν *Cass.* Aug. [z] Εἰώθεσαν ἐμβάλλειν *Cam.* Εἰώθασιν *Ar. C. Gr.* Εἰώθεσαν *Cl. Cod. vet. Stephani*: quam lectionem comprobat *Steph.* Εἰώθεσαν ἐμβάλλειν *Cass.* Aug. Εἰώθασιν ἐμβάλλειν *Gr.* Bas. Ἐσβάλλειν εἰώθασιν *Dan.* A *Reg.* abest εἰώθεσαν, sed recent. manu inter versus scriptum erat. [a] Ἀνθ' ἑνὸς om. *Cl.* [b] Οἱ Λακεδαιμόνιοι *Ar. C. Dan.* [c] Τῶν Παυσανίου *Marg.* Lectionem in textu præfert *Steph.* quam et *Valla* in suo exemplari habuit, ut testatur ejus interpretatio. Τῶν περὶ Παυσανίαν *Dan.* Παυσανίου Mosqu. [d] Ἠξίουν τε αὐτοὺς κολάζεσθαι αὐτὸν *Ar. C. Dan.*

rantem efferunt: ille vero, quum elatus esset, confestim mortuus est. Eum autem in Cæadem dejecturi erant, quo facinorosos homines dejicere solent: sed postea visum est *ipsis*, * eum in aliquo loco propinquo defodere. Sed Deus, qui Delphis est, oraculum postea reddidit Lacedæmoniis, quo jussit eos sepultum *Pausaniæ* cadaver *eo* transferre, ubi animam efflaverat: (et nunc in fani vestibulo situm est, quod lapides literis incisis declarant.) et quia hoc ipsorum facinus piaculo non carebat, duo corpora pro uno *Palladi* Chalciœcæ persolvere. Illi vero duas statuas æneas fecerunt, quas pro Pausania *Deæ* consecrarunt.

135. Athenienses igitur, quod vel ipse Deus piaculum *ab illis admissum* judicasset, vicissim et ipsi Lacedæmoniis imperarunt, ut hoc exterminarent. At Lacedæmonii, legatis ad Athenienses missis, Themistoclem etiam criminabantur, quod et ipse cum Medis sensisset, quemadmodum fecerat Pausanias, ut ex manifestis indiciis quæstionis, de Pausaniæ criminibus habitæ, compertum habebant; et petebant, ut ille iisdem

* Eum procul ab illo loco infossum dicit *Nepos*. Huds.

σθαι αὐτόν. οἱ δὲ, πεισθέντες (ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον) πέμπουσι μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων, ἑτοίμων ὄντων ξυνδιώκειν, ἄνδρας οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν [e] περιτύχωσιν.

ρλϛʹ. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς, προαισθόμενος, φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὢν [f] αὐτῶν εὐεργέτης. δεδιέναι δὲ φασκόντων [g] τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥστε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν [h] καταντικρύ. καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων, κατὰ πύστιν [i] οἷ χωροίη, ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον [k] τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ [l] οὐ φίλον, καταλῦσαι. καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν· ὁ δὲ, τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς [m] τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι [n] ἐπὶ τὴν ἑστίαν. καὶ ἐλθόντος οὐ πολὺ ὕστερον τοῦ Ἀδμήτου, δηλοῖ τε ὅς ἐστι, καὶ οὐκ ἀξιοῖ, εἴτι ἄρα αὐτὸς ἀντεῖπεν [o] αὐτῷ Ἀθηναίων δεομένῳ, φεύγοντα τιμωρεῖσθαι. καὶ γὰρ

[e] Περιτέτμωσιν *Dan.* [f] Vid. *Annott.* in *Schol.* [g] Τῶν om. *Cl. Gr. Cass.* Aug. [h] Κατ' ἀντικρύ. διωκόμενος δὲ ὑπὸ *Cam.* κατ' ἀντικρύ. καὶ διωκ. *Cass. Gr.* Aug. *Vasc. Bas.* [i] Ἧι χωρ. *Cl. Gr. Reg. Cass. Dan.* Aug. Bas. Mosqu. [k] Τῶν Μολ. *Gr.* [l] In hoc cum *Thucydide* non consentit *Corn. Nepos*, de quo vide *Longolium* et *Magium.* [m] Filiam ejus parvulam arripuisse dicit *Corn. Nep.* [n] Ἐπὶ τῆς ἑστίας *Ar. C.* et *Dan.* sed cum emendatione in *marg.* Ἐπὶ τὴν ἑστίαν. [o] Αὐτῷ Ἀθηναίων δεομένων *Ar. C.*

suppliciis afficeretur. Illi vero, fidem verbis illorum habentes (jam enim Themistocles patria per ostracismum pulsus erat, et Argis quidem habitabat; sed tamen et per cæteras Peloponnesi partes crebro commeabat) mittunt una cum Lacedæmoniis, ad illum simul persequendum paratis, quosdam cum mandatis, ut eum adducerent, ubicunque terrarum nanciscerentur.

136. Themistocles vero cum *rem* præsensisset, ex Peloponneso in Corcyram profugit, quod de Corcyræis bene meritus esset. Sed cum illi dicerent, se vereri, ne, si ipsum apud se retinerent, in Lacedæmoniorum et Atheniensium odium *ac inimicitias* incurrerent; in oppositam continentem ab ipsis deducitur. Et insequentibus iis, quibus *hoc* imperatum fuerat, qui perpetuo sciscitabantur, quonam *ille* iret, propter magnam consilii inopiam coactus est divertere ad Admetum, Molossorum Regem, qui non erat ipsi amicus. Atque ille quidem tunc forte domi non erat. Hic vero ab illius uxore, ad quam supplex accesserat, edoctus monetur, ut sumto suo ipsorum filio ad lares sederet. Cumque non multo post Admetus rediisset; ei indicavit quis esset. Et facinus illo indignum fore dixit, (si quid forte ipse contra illum dixisset, eique Athenienses oranti adversatus fuisset,) profugum ulcisci:

Athenas spectat; atque illinc Megara quam celerrime profecti, deductis ex Nisæa, illorum navali, quadraginta navibus, quæ illic erant, confestim in Piræeum navigarent. Nec enim in eo ulla classis erat, quæ pro portu in statione manens excubias ageret, nec ulla prorsus erat suspicio de hostium adventu, quasi aliquando repente sic infesta classe *eo* venturi essent. Siquidem *Athenienses existimabant illos*, ne aperte quidem, per otium hoc ausuros, neque, si in animum induxissent, se non præsensuros. Postquam autem hoc ipsis placitum est, statim etiam discesserunt. cumque noctu *Megara* pervenissent, et naves ex Nisæa deduxissent, in Piræeum quidem non amplius navigarunt, quemadmodum in animo habebant, periculum formidantes; (quanquam quidam etiam ventus eos impedivisse fertur;) sed ad Salaminis promontorium, quod Megara spectat, (ibi autem erat propugnaculum, triumque navium præsidium, ne quid Megarensibus importaretur, neve quid illinc exportaretur). Hoc autem propugnaculum illi adorti sunt, et triremes vacuas deduxerunt, et cæteram Salaminem, ex improviso aggressi, diripuerunt.

ϛδ'. Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας φρυκτοί τε ἤροντο πολέ- Bell.
μιοι, καὶ ἔκπληξις ἐγένετο οὐδεμιᾶς τῶν κατὰ [e] τὸν Pelop. an. 3.
πόλεμον ἐλάσσων. οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἄστει, ἐς τὸν Πει- Olymp. 87. 4.
ραιᾶ ᾤοντο τοὺς πολεμίους ἐσπεπλευκέναι ἤδη· οἱ δ' U. C.
ἐν τῷ Πειραιεῖ, [f] τήν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν ᾑρῆσθαι, Varr. 325.
καὶ παρὰ σφᾶς [g] ὅσονοὺκ [h] ἐσπλεῖν αὐτούς. [i] ὅπερ ἂν, εἰ ἐβουλήθησαν μὴ κατοκνῆσαι, ῥᾳδίως [k] ἂν ἐγένετο, καὶ οὐκ ἂν ἄνεμος ἐκώλυσε· βοηθήσαντες [l] δὲ ἅμ' ἡμέρᾳ πανδημεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐς τὸν Πειραιᾶ, ναῦς τε καθεῖλκον, καὶ ἐσβάντες κατὰ σπουδὴν καὶ πολλῷ θορύβῳ, ταῖς μὲν ναυσὶν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα ἔπλεον, τῷ πεζῷ δὲ φυλακὰς τοῦ Πειραιῶς [m] καθίσταντο. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, ὡς ᾔσθοντο τὴν βοήθειαν, καταδραμόντες τῆς Σαλαμῖνος τὰ πολλὰ, καὶ ἀνθρώπους καὶ λείαν λαβόντες, καὶ τὰς τρεῖς ναῦς ἐκ τοῦ Βουδόρου τοῦ φρουρίου, κατὰ τάχος [n] ἐπὶ τῆς Νισαίας ἔπλεον. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ αἱ νῆες αὐτοὺς διὰ χρόνου καθελκυσθεῖσαι, καὶ οὐδὲν στέγουσαι, ἐφόβουν. ἀφικόμενοι δὲ ἐς [o] τὰ

[e] Τὸν deest *Ar. C. Dan.* [f] Τήν τε Σαλαμῖνα ᾑρῆσθαι ἐνόμιζον καὶ παρὰ *Marg.* 1. *Cam. Cl. Gr.* Ἑαλωκέναι ἐνόμιζον *Marg.* 2. Τήν τε τῶν Σαλαμινίων πόλιν ἑαλωκέναι *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. et *Dan.* Cum *Marg.* 1. *Cam.* et cet. *Reg. Cass.* Aug. τήν τε Σαλαμῖνα ᾑρῆσθαι ἐνόμιζον Mosqu. [g] Ὅσον οὐκ *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Cass.* Aug. [h] Μέλλειν ἐσπλεῖν *Thucydidem* scripsisse existimat *Steph.* Vide *Annot. Huds.* [i] Ὅπερ εἰ ἂν μὴ ἐβουλ.. *Gr.* [k] Ἂν deest *Ar. C. Dan.* [l] Δ' ἅμ' ἡμ. *Gr.* [m] Καθίσαντο *Ar.* [n] Ἐπὶ τῆς Νισσαίας ἀπέπλεον *Ar. C.* Ἀπέπλεον etiam *Gr.* et *Dan.* item Νισσαίας. In Mosqu. est ἐπέπλεον. Paullo post αἱ ante νῆες deest Gr. [o] Τὰ abest *Ar. C. Dan.*

94. Sed ignes, quibus hostium adventus significabatur, *a Salaminiis* Athenas versus in aërem sunt sublati, unde tantus pavor *Atheniensium* animos invasit, ut in eo bello nullus major exstiterit. Nam qui in urbe erant, hostes in Piræeum jam ingressos putabant. Qui vero in Piræeo erant, et Salaminem jam captam, et hostes tantum non contra se venturos existimabant: quod profecto facile accidisset, si illi cunctari noluissent, neque ventus eos prohibuisset. Athenienses vero simul ac dies illuxit, cum frequentibus copiis ex omni ordine atque ætate collectis subsidio *Salaminiis* iverunt, navesque deduxerunt, easque festinanter et magno cum tumultu conscenderunt; et cum navibus quidem Salaminem petierunt, peditatum vero in Piræeo reliquerunt, ut ei esset præsidio. Peloponnesii vero, postquam eos subsidio venire senserunt, magnam Salaminis partem excursionibus populati, captis hominibus, prædaque, et tribus illis navibus, ex propugnaculo Budoro celeriter in Nisæam se receperunt. nonnihil enim et ipsæ naves, quæ longo temporis intervallo in mare deductæ fuerant, nec aquarum vim ferre poterant, eos tunc terrebant.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

Μέγαρα, πάλιν ἐπὶ τῆς Κορίνθου ἀπεχώρησαν [p] πεζοί. [q] οἱ δ' Ἀθηναῖοι, οὐκέτι καταλαβόντες πρὸς τῇ Σαλαμῖνι, ἀπέπλευσαν καὶ αὐτοί. καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν [r] ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον [s] τολοιπὸν ἐποιοῦντο, λιμένων τε [t] κλείσει, καὶ τῇ [u] ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ.

Post Octob. 8.

ϛε'. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, τοῦ χειμῶνος τούτου ἀρχομένου, Σιτάλκης ὁ [x] Τήρεω Ὀδρύσης, Θρακῶν βασιλεὺς, ἐστράτευσεν ἐπὶ Περδίκκαν τὸν Ἀλεξάνδρου, Μακεδονίας βασιλέα, καὶ ἐπὶ Χαλκιδέας τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης· [y] διὰ δύο ὑποσχέσεις, τὴν μὲν βουλόμενος ἀναπρᾶξαι, τὴν δὲ αὐτὸς ἀποδοῦναι. ὅ, τε γὰρ Περδίκκας, αὐτῷ ὑποσχόμενος, εἰ Ἀθηναίοις τε διαλλάξειεν ἑαυτὸν [z] κατ' ἀρχὰς τῷ πολέμῳ πιεζόμενον, καὶ Φίλιππον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ πολέμιον ὄντα μὴ καταγάγοι ἐπὶ βασιλείᾳ, ἃ ὑπεδέξατο οὐκ ἐπετέλει· τοῖς τε Ἀθηναίοις αὐτὸς ὡμολογήκει, ὅτε τὴν [a] ξυμμαχίαν ἐποιεῖτο, τὸν ἐπὶ Θρᾴκης Χαλκιδικὸν πόλεμον καταλύσειν. ἀμφοτέρων οὖν ἕνεκα τὴν ἔφοδον ἐποιεῖτο, καὶ τόν τε Φιλίππου υἱὸν Ἀμύνταν ὡς ἐπὶ βασιλείᾳ τῶν Μακεδόνων ἦγε, καὶ τῶν Ἀθηναίων [b] πρέσβεις, οἳ

[p] Πεζῇ *Marg. Ar. C. Dan.* [q] Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι αὐτοὺς οὐκέτι *Marg. Cam.* Bas. cod. ex emend. [r] Ἅμα τοῦ Π. *Cl. Gr. Reg. Cass.* Bas. Aug. [s] Τὸ λοιπὸν *Ar. C. Cass.* [t] Κλήσει *Cl. Gr. Cass.* Aug. κλείσει, sed, ut videtur, a corr. Super ει priore scriptum est ή. [u] Ἄλλῃ ἀσφαλείᾳ *Cl.* in margine. [x] Τήρεως *Gr.* [y] Διὰ om. *Cl. Gr. Cass.* In August. notatur: λείπει ἡ διὰ δύο ὑποσχέσεις, deest enim in textu cod. Aug. διά. [z] Καταρχὰς *Ar. C. Reg.* Κατᾶρχας *Gr.* Mox ἐπὶ βασιλεῖα Marg. Flor. Vin. [a] Ξυμμαχίαν ἐποιεῖτο, καὶ τόν τε Φίλιππον *Dan.* [b] Πρέσβεις om. *Cl.* Aug. *Cass.* deinde manu recenti adscriptum.

cumque Megara pervenissent, Corinthum itinere pedestri redierunt. Athenienses vero, cum eos ad Salaminem non amplius nacti fuissent, et ipsi *domum* discesserunt. atque ab eo tempore Piræeum jam accuratius in posterum custodire cœperunt, cum portuum claustris, tum etiam aliis accuratæ custodiæ generibus.

95. Per idem tempus sub hujus hyemis initium, Sitalces Odryses, Teræ *filius*, Thracum Rex, expeditionem fecit adversus Perdiccam, Alexandri *filium*, Macedonum Regem, et Chalcidenses, qui sunt in Thracia, ob duo promissa, quorum alterum quidem reposcere, alterum vero ipse persolvere volebat. Nam Perdiccas, cum ei *nescio quæ* promisisset, si se Atheniensibus reconciliasset, a quibus initio bello premebatur, nec Philippum fratrem suum, eundemque hostem, in regnum restituisset, tamen quæ promiserat non præstabat. Et ipse *Sitalces* Atheniensibus promiserat, cum societatem *cum ipsis* iniit, se bello Chalcidensi finem impositurum. Utraque igitur de causa *Sitalces Perdiccæ* bellum inferebat, et Amyntam Philippi filium in regnum Macedonum ducebat, et *cum eo* Legatos Athenien-

[c] ἔτυχον παρόντες τούτων ἕνεκα, καὶ ἡγεμόνα [d] Ἅγνωνα. ἔδει γὰρ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ναυσί τε καὶ στρατιᾷ ὡς πλείστῃ ἐπὶ τοὺς Χαλκιδέας παραγενέσθαι.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

ϛϛ'. Ἀνίστησιν οὖν, ἐκ τῶν Ὀδρυσῶν ὁρμώμενος, πρῶτον μὲν τοὺς ἐντὸς τοῦ [e] Αἵμου τε ὄρους καὶ τῆς Ῥοδόπης Θρᾷκας, ὅσων ἦρχε μέχρι θαλάσσης [f] τῆς ἐς τὸν Εὔξεινόν τε πόντον καὶ τὸν Ἑλλήσποντον· ἔπειτα [g] τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας, καὶ ὅσα ἄλλα μέρη ἐντὸς [h] τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν μᾶλλον τὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου κατῴκητο. εἰσὶ δ' οἱ Γέται, καὶ οἱ ταύτῃ, ὅμοροί τε τοῖς Σκύθαις καὶ ὁμόσκευοι, πάντες ἱπποτοξόται. παρεκάλει δὲ καὶ τῶν ὀρεινῶν Θρᾳκῶν πολλοὺς [i] τῶν αὐτονόμων, καὶ μαχαιροφόρων, οἳ [k] Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ῥοδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες. καὶ τοὺς μὲν μισθῷ ἔπειθεν, οἱ δ' ἐθελονταὶ ξυνηκολούθουν. ἀνίστη δὲ καὶ [l] Ἀγριᾶνας, καὶ [m] Λαιαίους, [n] καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικὰ, ὧν [o] ἦρχε. καὶ ἔσχατοι τῆς ἀρχῆς οὗτοι ἦσαν, [p] μέχρι Γρααίων καὶ Λαι-

[c] Ἐτύγχανον *Marg. Schol.* [d] Ἀγνών cum accentu in ultima ap. *Stephanum* περὶ πόλεων in voce Ἀγνώνεια. [e] Αἵμου *Cl. Gr. Ar.* passim. *Reg.* hic et paullo post Αἵμου. In Bas. Αἵμου ὄρους. [f] Τῆς ante ἐς om. *Cl. Gr. Reg. Cass.* Bas. Aug. [g] Legitur et τοὺς ὑπερβάντας, teste *Stephano*, qui in altera lectione cum articulo τοὺς aliquod participium subaudiendum esse censet. Ita est in Mosqu. Bas. Marg. Aldinæ Vin. [h] Τοῦ deest *Gr.* Mox *Idem* εἰσὶ δὲ οἱ Γ. [i] Τῶν om. *Gr.* [k] Eosdem esse cum *Diobessis* apud *Plinium* existimat *Harduinus* ad Lib. 4. p. 437. Δίοι *Cass. Gr.* [l] Ἀκιάνας *Gr.* [m] Λαιαίους passim *Ar. C. Cl. Gr. Elethos* hos *Plinium* appellasse, arbitratur *Harduinus*, loco supra citato. Λαιαίους et mox Λαιαίων *Reg. Cass. Gr. Dan.* Bas. Vulgo Λεαίους. [n] Καὶ ὅσα ἄλλα *Ar. C.* [o] Ἦρχεν *Cass.* [p] Μέχρι γὰρ Γρααίων *Gr.* Μέχρι Γααίων *Dan.* Bas. μέχρι

sium, qui hujus rei causa tunc aderant, et Agnonem ducem. Oportebat enim Athenienses quoque cum navibus, et quam maximo exercitu adversus Chalcidenses præsto esse.

96. Ab Odrysis igitur initio ducto, primum quidem ex suis sedibus evocat Thraces, qui intra montem Æmum, et Rhodopen habitabant, quibus usque ad Pontum Euxinum, et Hellespontum imperabat: deinde vero Getas, qui superato Æmo monte in ulterioribus partibus habitabant, et quotquot alii populi cis Istrum fluvium ad Pontum Euxinum magis vergentes incolebant. Getæ autem, et qui regionem illam accolunt, Scythis sunt finitimi, et cultu similes, omnesque sagittarii equestres. Præterea Thracum montanorum, qui suis legibus vivunt, et ensiferi sunt, qui Dii vocantur, permultos evocavit, quorum maxima pars Rhodopen incolit. atque alios quidem mercede induxit, alii vero voluntarii erant, qui *Sitalcen* ultro sequebantur. Evocavit etiam Agrianas, et Leæos, et cæteras gentes Pæonicas, quibus imperabat. atque hi *Agrianes totius* imperii erant ultimi, usque ad Graæos, et Leæos

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

αίων Παιόνων, καὶ τοῦ [q] Στρυμόνος ποταμοῦ, ὃς ἐκ τοῦ [r] Σκομίου ὄρους διὰ Γρααίων καὶ Λαιαίων ῥεῖ· οὗ ὡρίζετο ἡ ἀρχὴ τὰ πρὸς Παίονας αὐτονόμους ἤδη. τὰ δὲ πρὸς Τριβαλλοὺς, καὶ τούτους αὐτονόμους, Τρῆρες ὥριζον, καὶ [s] Τιλαταῖοι. οἰκοῦσι δ' οὗτοι πρὸς βορέαν τοῦ Σκομίου ὄρους, καὶ παρήκουσι πρὸς ἡλίου δύσιν μέχρι τοῦ Ὀσκίου ποταμοῦ. [t] ῥεῖ δ' οὗτος ἐκ τοῦ ὄρους ὅθενπερ καὶ ὁ [u] Νέστος καὶ ὁ Ἕβρος. ἔστι δὲ ἔρημον τὸ ὄρος [x] καὶ μέγα, [y] ἐχόμενον τῆς Ῥοδόπης.

ϛζ΄. Ἐγένετο δὲ [z] ἡ ἀρχὴ ἡ Ὀδρυσῶν, μέγεθος, ἐπὶ μὲν θάλασσαν καθήκουσα, [a] ἀπὸ Ἀβδήρων πόλεως ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον, τὸν μέχρι Ἴστρου ποταμοῦ· αὕτη περίπλους ἐστὶν ἡ γῆ [b] ταξυντομώτατα, ἣν [c] αἰεὶ κατὰ πρύμναν ἱστῆται τὸ πνεῦμα, νηῒ στρογγύλῃ, τεσσάρων ἡμερῶν, καὶ ἴσων νυκτῶν. ὁδῷ δὲ ταξυντομώτατα ἐξ Ἀβδήρων ἐς Ἴστρον ἀνὴρ εὔζωνος ἑνδεκαταῖος τελεῖ. τὰ μὲν πρὸς θάλασσαν [d] τοσαύτη ἦν. ἐς ἤπειρον δὲ,

γὰρ Λαιαίων Π. In Mosqu. καὶ Παιόνων. Hic rursus vulgo erat Λεαίων. [q] Στρυμμόνος *Ar.* et mox infra. *Reg. Dan.* [r] Σκόμβρου *C.* Σκόβρου *Ar.* et *Dan.* Hic mons Σκόμβρος dicitur ab *Aristotele*, teste *Ortelio*, Scopius *Plinio*. Σκόμβρου hic, et paullo post *Cass.* et Aug. Sed a corr. β enim et ρ a rec. man. inserta sunt. Sic et paullo post. Mox vulgo erat Λεαίων. [s] Τριλαταῖοι *Ar. C. Cl.* Paullo ante in cod. Bas. καὶ τοὺς αὐτονόμους. In Mosqu. Τριλαταῖοι. [t] Ῥεῖ δὲ οὗτος *Gr.* [u] Ab aliis Νεστὸς et Μεστὸς appellatur. Vide *Salmasii Exercitationes Plinianas*, et *Harduinum* in Plinium IV, 11. in Not. et Emendat. [x] Καὶ deest *Ar.* [y] Ἀρχόμενον *Reg.* [z] Ἡ ἀρχὴ Ὀδρυσῶν *Ar.* Ἡ ἀρχὴ τῶν Ὀδρυσῶν *C.* [a] Ὑπ' Ἀβδήρων *Gr.* [b] Τὰ ξυντομώτατα *Ar. C.* itidemque paullo infra *Cl. Gr. Reg. Cass.* Mosqu. et sic *Iidem* et *Gr.* infra. [c] Ἀεὶ *Cl. Gr. Reg. Cass.* et mox ἵστηται *Gr. Vasc. Bas.* et sic factum erat in *Cass.* relicto tamen circumflexo in media. [d] Τοσαῦτα *Marg. Ar. C. Gr.* et εἰς ἤπειρον.

Pæonas, et Strymonem fluvium, qui ex Scomio monte per Graæos, et Leæos fluit. ubi erat terminus imperii ab ea parte, quæ spectat Pæonas; qui jam sunt sui juris. at ab ea parte, quæ Triballos spectat, qui et ipsi sunt sui juris, sunt Treres, et Tilatæi, qui terminant *imperium*. Hi autem ad septentrionales Scomii montis partes habitant, et a Solis occidentis partibus pertingunt usque ad Oscium flumen. hoc autem fluit ex eodem monte, ex quo Nestus et Ebrus. hic autem mons est et desertus et magnus, et Rhodopæ junctus.

97. Fuit autem Odrysarum imperium magnitudine, ad mare quidem pertingens, ab urbe Abderis ad Pontum Euxinum, ad eam usque partem, qua Ister fluvius in ipsum influit. Hæc ora, qua cursus compendiosissimus datur, navi rotunda potest ambiri, si ventus a puppi semper spiret, quatuor dierum et totidem noctium spatio. Itinere vero terrestri, qua compendiosissimum est iter, ab Abderis ad Istrum vir expeditus intra undecim dies pervenire potest. atque ejus quidem longitudo mare versus hæc erat. Per loca vero

ἀπὸ Βυζαντίου ἐς [e] Λαιαίους, καὶ ἐπὶ τὸν Στρυμόνα (ταύτῃ γὰρ διὰ [f] πλείστου ἀπὸ θαλάσσης ἄνω) ἐγίγνετο ἡμερῶν ἀνδρὶ εὐζώνῳ τριῶν καὶ δέκα ἀνύσαι. φόρος τε ἐκ πάσης [g] τῆς βαρβάρου καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, ὅσον προσῆξαν ἐπὶ Σεύθου, (ὃς, ὕστερον Σιτάλκου βασιλεύσας, πλεῖστον δὴ ἐποίησε,) τετρακοσίων ταλάντων ἀργυρίου μάλιστα δύναμις, ἃ χρυσὸς καὶ ἄργυρος [h] εἴη· καὶ δῶρα [i] οὐκ ἐλάσσω τούτων χρυσοῦ [k] τε καὶ ἀργύρου προσεφέρετο· χωρὶς δὲ, ὅσα ὑφαντά τε καὶ λεῖα, καὶ ἡ ἄλλη κατασκευή· καὶ οὐ μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τοῖς παραδυναστεύουσί τε καὶ γενναίοις Ὀδρυσῶν. κατεστήσαντο γὰρ τοὐναντίον τῆς [[l] τῶν] Περσῶν βασιλείας τὸν νόμον, ὄντα [m] μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις Θραξὶ, λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι. καὶ αἴσχιον ἦν, αἰτηθέντα [n] μὴ δοῦναι, ἢ αἰτήσαντα μὴ τυχεῖν. ὅμως δὲ, [o] κατὰ τὸ δύνασθαι, [p] ἐπιπλέον αὐτῷ ἐχρήσαντο. οὐ γὰρ ἦν πρᾶξαι οὐδὲν μὴ διδόντα δῶρα.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

[e] Λαιαίους Cass. *Reg. Gr.* et Mosqu. et Στρυμμόνα *Reg.* Vulgo Λααίους. [f] Πλείστους *Dan.* [g] Γῆς *Gr.* Mox ὅσων προσῆξαν Mosqu. Cod. Bas. a prima manu, ὅσαι προσῆξαν ab em. [h] Ἤει in *Codd. al.* Ita erat in *Cass.* sed recens manus superscripserat εἴη. In Aug. ἤει. Paullo ante μάλιστα deest in Mosqu. [i] Καὶ δῶρα καὶ οὐκ *Gr.* [k] Τε deest *Ar. C.* [l] Τῶν non agnoscunt *Cl. Gr. Ald. Flor. Bas. Schol. Reg. Cass.* Mosqu. habet τῶν. [m] Μὲν abest *Ar. C. Dan.* [n] Μὴ δοῦναι desunt *Reg.* sed adscripta recenti manu. [o] Hoc est, Διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν τῆς δυνάμεως ἰσχύν. *Æ. Port.* [p] Ἐπὶ πλέον *Gr.*

mediterranea, a Byzantio ad Leæos, et ad Strymonem (hinc enim longissimus est a mari tractus in loca mediterranea) viator expeditus intra tredecim dies iter conficere potest. Tributum quoque, quod colligebatur ex toto barbarorum agro, et ex Græcis civitatibus Seuthe regnante, (qui post Sitalcem regno potitus id maxime auxit) omni auri et argenti pretio ad æstimationem pecuniarum revocato, quadringenta ferme talenta valebat. nec his pauciora auri et argenti munera *ipsi* offerebantur. Præterea vero et opera textilia et lævia, aliaque supellex *ei offerebatur.* neque vero ipsi soli: sed et aliis Odrysarum viris, qui apud ipsum autoritate pollebant, ac nobiles erant, *hujusmodi munera dabantur.* Legem enim longe aliam condiderunt, quam quæ est apud Persas, et quæ apud alios quoque Thraces moribus est recepta; ut videlicet potius accipiant, quam dent. Et turpius erat, si quis rogatus non dedisset, quam si quis non impetrasset id, quod petiisset. * Veruntamen hac lege diutius sunt usi, propter potentiam, qua valebant. Nihil enim a quoquam *apud Regem, ejusque nobilitatem,* sine muneribus transigi

* Tametsi hoc instituto plerumque imperiose utebantur etc. *Valla.* Huds.

Bell. [q] ὥστε ἐπὶ μέγα [r] ἡ βασιλεία ἦλθεν ἰσχύος. [s] τῶν γὰρ
Pelop. an. 3. ἐν τῇ Εὐρώπῃ ὅσαι μεταξὺ τοῦ Ἰονίου κόλπου καὶ τοῦ
Olymp. Εὐξείνου πόντου, μεγίστη ἐγένετο χρημάτων προσόδῳ
87. 4. καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ· [t] ἰσχύϊ δὲ μάχης, καὶ στρα-
U. C. Varr. τοῦ πλήθει, πολὺ [u] δευτέρα μετὰ [x] τὴν Σκυθῶν. ταύτῃ
325. δὲ ἀδύνατα ἐξισοῦσθαι οὐχ ὅτι τὰ ἐν τῇ Εὐρώπῃ, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος ἓν πρὸς ἓν οὐκ ἔστιν ὅ, τι δυνατὸν Σκύθαις ὁμογνωμονοῦσι πᾶσιν ἀντιστῆναι. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐς τὴν ἄλλην εὐβουλίαν καὶ ξύνεσιν περὶ τῶν παρόντων ἐς τὸν βίον ἄλλοις ὁμοιοῦνται.

ϛή. Σιτάλκης μὲν οὖν, [y] χώρας τοσαύτης βασιλεύων, παρεσκευάζετο τὸν στρατόν. καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ [z] ἕτοιμα ἦν, ἄρας ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, πρῶτον μὲν διὰ τῆς [a] αὐτοῦ ἀρχῆς, ἔπειτα διὰ Κερκίνης, ἐρήμου ὄρους, ὅ ἐστι μεθόριον [b] Σίντων καὶ Παιόνων. ἐπορεύετο δὲ δι᾽ αὐτοῦ τῇ ὁδῷ, ἣν πρότερον αὐτὸς ἐποιήσατο, τεμὼν τὴν ὕλην, ὅτε ἐπὶ Παίονας ἐστράτευσε. τὸ

[q] Ὥστ᾽ ἐπὶ *Gr.* [r] Ἦλθεν ἡ βασιλεία *Reg.* [s] Τῶν μὲν γὰρ *Cl.* [t] Ἰσχύει *Reg. Gr.* Paullo ante in Mosqu. προσόδῳ χρημάτων. Idem habet quoque ἰσχύει. [u] Δεύτερον *Dan.* [x] Τὴν omitt. *Cl. Gr.* In *Gr.* est μετὰ τῶν Σκυθῶν. Μετὰ τὴν τῶν Σκυθῶν *Reg. Cass.* Aug. τῶν Σκυθῶν. Sed rec. manu superscr. τήν. Mosqu. τῶν Σκυθῶν. [y] Βασιλεύων χώρας τοσαύτης *Reg. Cass.* [z] Miretur aliquis non sequi ἕτοιμος. Sed alii plerique loci suspectum habere hunc nos vetant: in iis enim itidem dicit ἐπειδὴ ἕτοιμα ἦν, subaudiendum relinquens πάντα. Alicubi vero et ἐπειδὴ παρεσκεύαστο cum eadem ellipsi dicentem audimus. *Steph.* [a] Αὐτοῦ *Ar. C. Cl. Gr. Reg.* Αὐτῆς, et ex emendat. recent. manus αὐτοῦ *Cass.* [b] Σιντῶν et paulo infra Σιντοὺς *Ar. C.* Vocem ὀξυτόνως scribendam esse docet *Stephanus* περὶ πόλεων. Sic *Cass.* et *Gr.* utroque loco. *Dan.* hic Σιτῶν.

poterat. Itaque regnum illud ad magnam potentiam pervenit. nam omnium, quæ sunt in Europa intra sinum Ionium et Pontum Euxinum, maximum fuit proventu pecuniarum, et cæterarum rerum copia, quæ homines beatiores facit: sed certandi viribus, et copiarum numero, Scytharum potentia longe fuit inferius. Nam huic *Scytharum potentiæ* non modo gentes, quæ sunt in Europa, æquari nequeunt; verum etiam earum, quæ in Asia sunt, nulla, gente genti opposita, Scythis universis, si concordes inter se fuerint, resistere valet. Quinetiam ne in alia quidem solertia, et prudentia, quæ in rebus ad præsentem vitam necessariis requiritur, cæteris nationibus sunt similes.

98. Sitalces igitur, cum tantæ regionis regnum obtineret, exercitum parabat. Postquam autem *res omnes ad expeditionem necessariæ jam* ipsi paratæ fuerunt, *copiis inde* motis, in Macedoniam ivit; primum quidem per suum regnum, deinde vero per Cercinen, montem desertum, qui inter Sintos et Pæonas est medius. Iter autem per eum faciebat via, quam ipse succisa materia prius fecerat, quum bellum Pæonibus intulit. Hunc

δὲ ὄρος ἐξ Ὀδρυσῶν διϊόντες, ἐν δεξιᾷ μὲν εἶχον Παίο- Bell.
νας, ἐν ἀριστερᾷ δὲ Σίντους καὶ Μαίδους. διελθόντες Pelop. an. 3.
δὲ αὐτὸ, ἀφίκοντο [c] ἐς Δόβηρον τὴν Παιονικήν. πορευο- Olymp. 87. 4.
μένῳ δὲ αὐτῷ ἀπεγίγνετο μὲν οὐδὲν τοῦ στρατοῦ, εἰ U. C. Varr.
μή τι νόσῳ· [d] προσεγίγνετο δέ. πολλοὶ γὰρ τῶν αὐτο- 325.
νόμων Θρᾳκῶν ἀπαράκλητοι ἐφ' ἁρπαγὴν ἠκολούθουν. ὥστε τὸ πᾶν πλῆθος λέγεται οὐκ ἔλασσον πεντεκαίδεκα μυριάδων γενέσθαι. καὶ τούτου τὸ μὲν πλέον πεζὸν ἦν· τριτημόριον δὲ μάλιστα, ἱππικόν. [e] τοῦ δ' ἱππικοῦ τὸ πλεῖστον αὐτοὶ Ὀδρύσαι παρείχοντο, καὶ μετ' αὐτοὺς Γέται. τοῦ δὲ πεζοῦ, οἱ μαχαιροφόροι μαχιμώτατοι μὲν ἦσαν, οἱ ἐκ [f] τῆς Ῥοδόπης αὐτόνομοι καταβάντες· [g] ὁ δὲ ἄλλος ὅμιλος, ξύμμικτος, πλήθει [h] φοβερώτατος ἠκολούθει.

ϛθʹ. Ξυνηθροίζοντο οὖν ἐν τῇ Δοβήρῳ καὶ παρεσκευάζοντο, ὅπως κατὰ κορυφὴν ἐσβαλοῦσιν ἐς τὴν κάτω Μακεδονίαν, ἧς ὁ [i] Περδίκκας ἦρχε. τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ [k] Λυγκησταὶ, καὶ [l] Ἐλειμιῶται, καὶ ἄλλα ἔθνη ἐπάνωθεν, ἃ ξύμμαχα μέν ἐστι τούτοις

[c] Ἐς deest *Reg.* Mox δ' αὐτῷ *Gr.* [d] Παρεγίγνετο *Reg.* [e] Τοῦ δὲ ἱππικοῦ *Reg. Cass.* Paullo post οἱ μαχαιροφόροι καὶ μαχιμώτατοι, Bas. [f] Τῆς deest *C.* [g] Ὁ δ' ἄλλος *Gr.* [h] Φοβερώτερος *Gr.* [i] Περδίκας *Cass.* [k] Ἐλυγκησταὶ *Ar. C.* Λυγκισταὶ apud *Strabonem.* Λυγκισταὶ *Diodoro Sic.* Horum regio Λυγκηστὶς *Ptolemæo.* Δυγκισταὶ *Cass.* Ἐλυγκησταὶ *Dan. Mosqu.* Λυγκισταί. [l] Ἐλιμιῶται *Ar. C.* Ἐλυμιῶται *Ptolemæo.* Ἐλιμιῶται *Cass.* In scriptura, quam ex *Ar. C.* profert *Huds.* fortassis vitium est, nam ea est in textu.

autem montem ex Odrysis pertranseuntes, ad dextram quidem habebant Pæonas; ad sinistram vero, Sintos, et Mædos. Quem cum pertransissent, ad Doberum Pæonicam *urbem* pervenerunt. Ei autem iter facienti nulla quidem exercitus pars decessit, nisi si qua morbo correpta periit: sed accedebat. Multi enim ex illis Thracibus, qui suis legibus vivebant, ad prædam ultro sequebantur. Quare tota multitudo non minor centum quinquaginta millibus exstitisse fertur. Atque hujus quidem major pars erat pedestris, tertia vero ferme pars erat equestris, maximam vero hujus equitatus partem ipsi Odrysæ, et post eos Getæ præbuerunt. Machærophori vero, qui suis legibus vivebant, et ex Rhodope descenderant, erant totius peditatus bellicosissimi. Cætera vero turba, ex variis et diversis gentibus permixta, multitudine maxime formidabilis, sequebatur.

99. Doberum igitur omnes convenerunt, et se pararunt ad irruptionem faciendam * ex superiore in inferiorem Macedoniam, quæ Perdiccæ imperio parebat. Nam inter Macedonas sunt et Lyncestæ, et Helimiotæ, et aliæ gentes in locis mediterraneis, quæ illis quidem sunt

* E montis jugo in inferiorem Macedoniam etc. *Valla, Aliique.* Huds.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

καὶ ὑπήκοα, βασιλείας δ' ἔχει καθ' αὑτά. τὴν δὲ [m] περὶ θάλασσαν νῦν Μακεδονίαν Ἀλέξανδρος ὁ Περδίκκου πατὴρ, καὶ οἱ πρόγονι αὐτοῦ [n] Τημενίδαι, [o] τοαρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους, [p] πρῶτοι ἐκτήσαντο, καὶ ἐβασίλευσαν, ἀναστήσαντες μάχῃ ἐκ μὲν Πιερίας Πίερας (οἳ ὕστερον [q] ὑπὸ τὸ Πάγγαιον πέραν [r] Στρυμόνος ᾤκησαν [s] Φάγρητα, καὶ ἄλλα χωρία· καὶ ἔτι [t] καὶ νῦν Πιερικὸς κόλπος καλεῖται ἡ ὑπὸ τῷ Παγγαίῳ πρὸς θάλασσαν γῆ) ἐκ δὲ τῆς Βοττίας καλουμένης, Βοττιαίους, οἳ νῦν ὅμοροι Χαλκιδέων οἰκοῦσι· τῆς δὲ Παιονίας παρὰ τὸν [u] Ἄξιον ποταμὸν, στενήν τινα καθήκουσαν ἄνωθεν μέχρι Πέλλης καὶ θαλάσσης ἐκτήσαντο. καὶ πέραν [x] Ἀξίου, μέχρι [y] Στρυμόνος, τὴν Μυγδονίαν καλουμένην, Ἠδῶνας ἐξελάσαντες, νέμονται. ἀνέστησαν δὲ καὶ ἐκ τῆς νῦν Ἐορδίας [z] καλουμένης [a] Ἐόρδους. (ὧν οἱ μὲν πολλοὶ [b] διεφθάρησαν, βραχὺ δέ τι αὐτῶν

[m] Παρὰ *Marg. Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass. Dan.* Mosqu. Bas. [n] Vide *Herodoti* lib. 8. Τιμαινίδαι Bas. et Mosqu. Τιμενίδαι. [o] Τὸ ἀρχαῖον ἐξ Ἄργους *Ar. C. Dan.* Mosqu. Τὸ ἀρχαῖον etiam *Cass.* et *Gr.* [p] Πρῶτον *Reg. Cass.* Aug. Marg. Aldin. Vinar. [q] Ὑπὸ τοῦ Πάγγαιον et in marg. Παγγαίου *Dan.* [r] Στρυμμόνος *Reg.* [s] Invenitur etiam scriptura Φράγητα. *Steph.* et ita *Cl. Gr.* Bas. [t] Καὶ deest *Ar. C. Dan.* [u] Προπαροξυτόνως apud *Ptolem. Pausan.* et *Harpocat.* Ὀξυτόνως *Ar. C.* et *Strab.* Ἄξιον *Cass.* a prima manu, deinde correctum erat Ἀξιὸν, et ita *Dan.* et *Gr.* [x] Ἀξιοῦ *Ar. C. Dan.* In *Cass.* desiderantur, quæ sunt inter μέχρι et Στρυμόνος· sed leguntur in marg. manu vet. scripta, ubi est Ἀξίου. [y] Στρυμμόνος *Ar.* itidemque paulo infra. Utrobique etiam *Reg.* et *Dan.* Paullo post in Bas. Ἠδώνους ex em. [z] Καλουμένης deest *Ar. C. Dan.* [a] Ἐορδοὺς *Ar. C.* Sic apud *Strab.* lib. 8. Hanc vocem accentum in ultima gerere docet *Herodianus* lib. 6. teste *Stephano* περὶ πόλεων. Ἐορδοὺς Gr. [b] Ἐφθάρησαν *Ar. C. Cl. Gr.* Mosqu. *Cass. Reg. Dan.* Aug. Bas. deinde βραχὺ δὲ καὶ αὐτῶν.

sociæ et subjectæ: sed tamen regna singulæ separatim habent. Illam vero Macedoniam, quæ nunc est maritima, Alexander Perdiccæ pater, et Temenidæ ejus majores, olim ex urbe Argis oriundi, primi possederunt, et *in ea* regnarunt, ubi prius prœlio superatos expulissent ex Pieria quidem, Pieres, (qui postea sub Pangæo trans Strymonem incoluerunt Phagretem, et alia oppida. Unde vel ad hoc usque tempus regio, quæ sub Pangæo jacens ad mare vergit, sinus Piericus appellatur) ex ea vero, quæ Bottia vocatur, Bottiæos, qui nunc agrum Chalcidensibus finitimum incolunt. Quinetiam angustam quandam Pæoniæ regionem juxta Axium fluvium, a locis montanis ad Pellam usque et mare pertingentem possederunt. et trans Axium, ad Strymonem usque, eam, quæ Mygdonia nominatur, ejectis Edonis, possident. Ex illa etiam, quæ nunc Eordia vocatur, ejecerunt Eordos, (quorum plerique perierunt;

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U.C. Varr. 325.

περὶ [c] Φύσκαν κατῴκηται) καὶ ἐξ Ἀλμωπίας, [d] Ἀλμῶπας. ἐκράτησαν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν οἱ Μακεδόνες οὗτοι, ἃ καὶ νῦν [ἔτι] ἔχουσι, τόν τε Ἀνθεμοῦντα καὶ [e] Κρηστωνίαν καὶ Βισαλτίαν, καὶ Μακεδόνων αὐτῶν [f] πολλήν. τὸ δὲ ξύμπαν, Μακεδονία καλεῖται, καὶ Περδίκκας Ἀλεξάνδρου, βασιλεὺς αὐτῶν ἦν, ὅτε Σιτάλκης ἐπῄει.

ρ'. Καὶ οἱ μὲν Μακεδόνες οὗτοι, ἐπιόντος πολλοῦ στρατοῦ ἀδύνατοι ὄντες [g] ἀμύνεσθαι, ἔς τε τὰ καρτερὰ καὶ τὰ τείχη, ὅσα ἦν ἐν τῇ χώρᾳ, ἐσεκομίσθησαν. ἦν δὲ οὐ πολλά· [h] ἀλλὰ ὕστερον Ἀρχέλαος ὁ Περδίκκου υἱὸς, βασιλεὺς γενόμενος, τὰ νῦν ὄντα ἐν τῇ χώρᾳ ᾠκοδόμησε, καὶ ὁδοὺς εὐθείας [i] ἔτεμε, καὶ τἄλλα διεκόσμησε τά τε κατὰ [k] τὸν πόλεμον ἵπποις καὶ ὅπλοις, καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ [l] κρείσσονι, ἢ ξύμπαντες [m] οἱ ἄλλοι βασιλεῖς ὀκτὼ οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι. ὁ δὲ στρατὸς τῶν Θρᾳκῶν ἐκ τῆς Δοβήρου [n] ἐσέβαλε πρῶτον μὲν ἐς τὴν Φιλίππου πρότερον οὖσαν ἀρχὴν, καὶ [o] εἷλεν [p] Εἰδομένην μὲν [q] κατὰ κράτος,

[c] Φύσκαν *Ar. C. Dan.* Φυσκίαν *Cass.* [d] Ἀλμῶπας *Cass.* Ἀλμωπὰς *Gr.* [e] Γρηστωνίαν *Gr.* passim. Γρηστωνίαν per ω bis hoc Cap. *Gr.* non per ο. Vulgo Γρηστωνίαν. [f] *Valla* tanquam non πολλὴν, sed Πόλλην legerit, interpretatus est Pollam. *Steph.* Μακεδόνων πολλὴν Bas. Marg. Flor. Vin. Πόλλην. [g] Ἀμύνασθαι *Cl.* Mosqu. [h] Ἀλλ' ὕστερον *Reg. Cass.* Paullo post ᾠκοδόμησεν *Cass. Gr.* [i] Ἔτεμεν *Cass.* Ἔτεμνε et cum emendat. ἔτεμε *Gr.* *Idemque* τὰ ἄλλα. [k] Τὸν deest *Ar. C. Dan.* [l] Κρείσσον *Cl.* Mosqu. [m] Οἱ deest *Reg. Cass.* Aug. Mosqu. [n] Βάλε *Dan.* In Mosqu. mox πρότερον. [o] Εἷλον *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Dan.* Mosqu. εἷλεν Εἰλομένην. [p] Ὀδομένην *Cl.* in marg. [q] Καταχράτος *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1.

sed exigua quædam ipsorum pars circa Physcam habitat) et ex Almopia, Almopas. Hi Macedones, *qui maritimam oram incolunt*, alias etiam gentes in suam potestatem redegerunt, quas nunc etiam in sua potestate habent, Anthemuntem, Grestoniam, Bisaltiam, magnamque *superioris Macedoniæ* partem, quæ ad ipsos Macedonas pertinebat, *qui loca mediterranea incolebant*. Hæc autem universa, Macedonia vocantur, et Perdiccas Alexandri *filius* horum erat Rex, quo tempore Sitalces *ipsi* bellum intulit.

100. Atque hi quidem Macedones, cum ingens exercitus illos invasisset, quod ei resistere non possent, se receperunt in loca natura situque munita, et in munitiones manu factas, quæ in eo agro erant. Harum autem non magnus erat numerus. Sed postea Archelaus Perdiccæ filius, regno potitus, eas, quæ nunc in ea regione exstant, ædificavit, et vias rectas secuit, et cum alia digessit, tum etiam rem militarem equis, armis, et reliquo belli apparatu, longe melius quam cæteri omnes octo Reges, qui eum antecesserant. Exercitus vero Thracum Dobero profectus, primum quidem irrupit in regnum, quod Philippi prius erat, et Idomenen quidem per vim cepit, Gortyniam vero, et

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

Γορτυνίαν δὲ, καὶ Ἀταλάντην, καὶ [r] ἄλλα ἄττα χωρία, ὁμολογίᾳ, διὰ τὴν Ἀμύντου φιλίαν προσχωροῦντα, τοῦ Φιλίππου υἱέος παρόντος. Εὔρωπον δὲ ἐπολιόρκησαν μὲν, ἑλεῖν δὲ οὐκ [s] ἠδύναντο. ἔπειτα δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Μακεδονίαν [t] προὐχώρει τὴν ἐν ἀριστερᾷ [u] Πέλλης καὶ Κύῤῥου. ἔσω δὲ τούτων [x] ἐς τὴν Βοττιαίαν καὶ Πιερίαν οὐκ ἀφίκοντο, ἀλλὰ τήν [y] τε Μυγδονίαν καὶ Κρηστωνίαν καὶ Ἀνθεμοῦντα ἐδῄουν. οἱ δὲ Μακεδόνες πεζῷ μὲν [z] οὐδὲ διενοοῦντο ἀμύνεσθαι, [a] ἵππους δὲ προσμεταπεμψάμενοι ἀπὸ τῶν [b] ἄνω ξυμμάχων, [c] ὅπη [d] δοκοῖ, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς [e] ἐσέβαλλον ἐς τὸ στράτευμα τῶν Θρᾳκῶν. καὶ ᾗ μὲν προσπέσοιεν, οὐδεὶς [f] ὑπέμενεν ἄνδρας ἱππέας τε ἀγαθοὺς καὶ τεθωρακισμένους· ὑπὸ δὲ πλήθους περικλειόμενοι, [g] αὑτοὺς πολλαπλασίῳ τῷ ὁμίλῳ ἐς κίνδυνον καθίστασαν. ὥστε τέλος ἡσυχίαν ἦγον, οὐ νομίζοντες ἱκανοὶ εἶναι πρὸς τὸ πλέον κινδυνεύειν.

ρα΄. Ὁ δὲ Σιτάλκης πρός τε τὸν Περδίκκαν λόγους ἐποιεῖτο, ὧν ἕνεκα ἐστράτευσε, καὶ ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναῖοι οὐ παρῆσαν ταῖς ναυσὶν, ἀπιστοῦντες, αὐτὸν μὴ ἥξειν,

[r] Τ' ἄλλα *Gr.* Ἄλλα ἄττα *Cass.* ex emendat. fuerat ἄττα. [s] Ἐδύναντο *Reg. Cass.* Basil. cod. et Mosqu. [t] Προεχώρει *Ar.* [u] Πέλλης καὶ Κύρου *Reg.* [x] Εἰς *Cass. Gr.* Paullo ante δὲ in cod. Aug. est insertum ab alia manu, ut videtur. [y] Τε deest *Ar. C. Dan.* Τήν τε Μακεδονίαν καὶ—cod. Bas. [z] Οὐ διενοοῦντο *Ar. C. Dan.* [a] Ἵπποις *Cass.* [b] Ἄνω omitt. *Gr.* cod. Bas. ἀπὸ τῶν ἄλλων ξυμμάχων. [c] Ὅποι *Cass.* Mosqu. [d] Δοκεῖ *Ar. C. Dan.* [e] Ἐσέβαλον *Reg. Cass.* [f] Ὑπόμεινεν *Dan.* Mosqu. [g] Αὐτοὺς *Cass. Gr.*

Atalantam, et alia quædam oppida in deditionem ac fidem recepit, quæ se ipsi adjunxerunt ob amicitiam Amyntæ, qui erat Philippi filius, et qui *tunc ibi* aderat. Europum autem oppugnarunt: sed expugnare non potuerunt. Deinde vero et in reliquam Macedoniam processit, quæ ad Pellæ, Cyrrhique dextram jacet. Sed intra hæc, in Bottiæam et Pieriam non intrarunt: at Mygdoniam, Grestoniam, et Anthemuntem diripuerunt. Macedones vero ne cogitarunt quidem peditatu resistere; sed accito equitatu a sociis, qui loca mediterranea incolebant, ubi videbatur *commodum*, pauci multos adorti, in ipsum Thracum exercitum impetu ferebantur: et qua impressionem faciebant, nullus illorum, utpote equitum egregiorum et loricatorum, impetum sustinebat: sed hostium multitudine circumventi, in discrimen se conjiciebant propter eorum multitudinem longe numerosiorem. Quare tandem hostes lacessere desierunt, quod existimarent, se longe majori militum numero sine periculo resistere non posse.

101. Sitalces vero et ad Perdiccam verba facere cœpit de rebus, quarum causa bellum ipsi intulerat: et quoniam Athenienses cum classe non aderant (eum enim *illuc* iturum non

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 325.

δῶρά τε καὶ πρέσβεις [h] ἔπεμψαν αὐτῷ, ἔς τε τοὺς Χαλκιδέας καὶ Βοττιαίους μέρος τὶ τοῦ στρατοῦ πέμπει. καὶ τειχήρεις ποιήσας, ἐδῄου τὴν γῆν. καθημένου δ' αὐτοῦ περὶ τοὺς χώρους τούτους, οἱ πρὸς νότον οἰκοῦντες Θεσσαλοὶ καὶ Μάγνητες, καὶ οἱ ἄλλοι ὑπήκοοι Θεσσαλῶν, καὶ οἱ μέχρι Θερμοπυλῶν Ἕλληνες ἐφοβήθησαν, μὴ [i] καὶ ἐπὶ σφᾶς [k] ὁ στρατὸς χωρήσῃ, καὶ ἐν παρασκευῇ ἦσαν. ἐφοβήθησαν δὲ καὶ οἱ πέραν Στρυμόνος πρὸς [l] βορέαν Θρᾷκες, ὅσοι πεδία εἶχον, [m] Παναῖοι, καὶ [n] Ὀδόμαντοι, καὶ Δρῶοι, καὶ [o] Δερσαῖοι· αὐτόνομοι δ' εἰσὶ πάντες, παρέσχε δὲ λόγον καὶ ἐπὶ τοὺς [p] τῶν Ἀθηναίων πολεμίους Ἕλληνας, [q] μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν, καὶ ἐπὶ σφᾶς [r] χωρήσωσιν. ὁ δὲ, [s] τήν τε Χαλκιδικὴν καὶ Βοττικὴν καὶ Μακεδονίαν. ἅμα ἐπέχων, ἔφθειρε. καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ οὐδὲν ἐπράσσετο ὧν ἕνεκα ἐσέβαλε, καὶ ἡ στρατιὰ σῖτόν τε οὐκ εἶχεν αὐτῷ, καὶ ὑπὸ χειμῶνος ἐταλαιπώρει, ἀναπείθεται ὑπὸ Σεύθου τοῦ [t] Σπαραδόκου,

[h] Quamvis ἔπεμψαν a *Scholiaste* agnosci videam, subaudiente (ut certe necesse est) οἱ Ἀθηναῖοι, tamen si quis ἔπεμψεν legendum esse dixerit, non repugnarem. *Steph.* [i] Καὶ deest *Reg.* [k] Ὁ στρατὸς desunt *Ar.* [l] Βοῤῥέαν *Dan.* [m] Hi ab *Hesychio* et *Phavorino* Πάναινοι appellatur, et Thraciæ adscribuntur. Sed literam ν voci male adhærere existimat *Berkelius.* Πάναιοι *Gr.* Paullo ante in Mosqu. καὶ ὅσοι. [n] Ὀδάμαντοι *Reg.* [o] Ita illos nominat *Herodotus.* Δερaῖοι *Stephano* περὶ πόλεων. Σερσαῖοι et αὐτόν. δὲ εἰσὶ *Gr.* [p] Τῶν deest *Ar. C.* [q] Magis placeret scribi μὴ οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀγόμενοι. *Steph.* Vulgo μὴ ὑπ' αὐτῶν. [r] Ita ex emend. pro χωρήσουσιν, quod est in textu *Gr.* [s] Τὴν μὲν Χαλκιδικὴν *C.* [t] Ita *Steph.* 2. Σπαρ-

credebant) quoniam etiam dona et legatos ad ipsum miserant, quandam suarum copiarum partem in Chalcidenses et Bottiæos misit; cumque illos intra muros compulisset, agrum eorum vastavit. Dum autem castra stativa haberet in his locis, Thessali, qui Austrum versus habitant, et Magnetes, et cæteri, qui Thessalorum imperio parent, et Græci ad Thermopylas usque timuerunt, ne exercitus iste contra se quoque veniret, et in armis erant. Thraces etiam, qui trans Strymonem, Boream versus, loca campestria incolebant, Panæi præterea, et Odomanti, et Droi, et Dersæi, territi sunt. omnes autem suis legibus utentes liberi vivebant. Præbuit etiam *idem Sitalces* occasionem rumoris inter Græcos Atheniensium hostes, *periculum esse*, * ne, qui ab ipsis per societatis speciem adducebantur, ipsos etiam invaderent. Ille vero et Chalcidicum, et Botticum, et Macedonicum *agrum* simul *ibi* subsistens vastabat. Et cum nihil eorum, quorum causa infestis armis *eo* profectus fuerat, ipsi feliciter succederet; cumque ipsius exercitus commeatu careret, et hyemis incommodis vexaretur; a Seuthe Sparadoci *filio,* qui ipsi patrue-

* Ne ex fœdere ab iis ad se quoque invadendum inducerentur. *Acacius.* Huds.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U.C. Varr. 325. Novembri.

ἀδελφιδοῦ ὄντος, καὶ μέγιστον [u] μετ' αὐτὸν δυναμένου, ὥστ' ἐν τάχει ἀπελθεῖν. τὸν δὲ Σεύθην κρύφα Περδίκκας, ὑποσχόμενος ἀδελφὴν ἑαυτοῦ δώσειν, καὶ χρήματα ἐπ' αὐτῇ, προσποιεῖται. καὶ ὁ μὲν, πεισθεὶς, καὶ μείνας [x] τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας, τούτων δὲ ὀκτὼ ἐν Χαλκιδεῦσιν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ [y] κατὰ τάχος [z] ἐπ' οἴκου. Περδίκκας δὲ ὕστερον Στρατονίκην τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν δίδωσι Σεύθῃ, ὥσπερ ὑπέσχετο. τὰ μὲν [a] οὖν κατὰ τὴν Σιτάλκου [b] στρατείαν οὕτως ἐγένετο.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U.C. Varr. 326. Post Januar. Ante April. 5.

ρβ'. [c] Οἱ δὲ ἐν Ναυπάκτῳ Ἀθηναῖοι, [d] τοῦ αὐτοῦ χειμῶνος, ἐπειδὴ τὸ τῶν Πελοποννησίων ναυτικὸν διελύθη, Φορμίωνος ἡγουμένου, ἐστράτευσαν παραπλεύσαντες ἐπ' Ἀστακοῦ. καὶ ἀποβάντες [e] ἐς τὴν μεσόγειαν τῆς Ἀκαρνανίας, τετρακοσίοις μὲν ὁπλίταις [f] Ἀθηναίων τῶν ἀπὸ τῶν νεῶν, τετρακοσίοις δὲ [g] Μεσσηνίων, [h] καὶ ἔκ τε Στράτου, καὶ [i] Κορόντων, καὶ ἄλλων χωρίων, ἄνδρας οὐ δοκοῦντας βεβαίους εἶναι ἐξήλασαν, καὶ Κύνητα τὸν Θεολύτου ἐς Κόροντα καταγαγόντες,

δόκου *Cl. Gr. Codd. Mss.* et *Editi reliqui.* Sic quoque *Reg.* et *Dan.* Σπαρδάκου *Cass.* Aug. Σπαρδοκοῦ *Gr.* Mox in Bas. ἀδελφιδοῦ ὄντος αὐτοῦ. [u] Μεθ' ἑαυτὸν *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. Μεθ' αὐτὸν *Cl. Gr.* Μεθ' ἑαυτὸν *Reg. Cass. Dan.* [x] Τὰς πάσας ἡμέρας τριάκοντα *Reg.* Paullo ante pro ἐπ' αὐτῇ leg. in Marg. Ald. Vin. ἑαυτοῦ. [y] Κατατάχος *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg.* [z] Ἐπ' οἴκου desunt *Ar. C. Dan.* [a] Οὖν omitt. *Gr. Reg.* Bas. Aug. a m. rec. est additum. *Dan.* et hic τὸ μέν. [b] Στρατιὰν *Reg. Cass.* [c] Οἱ δ' ἐν *Gr.* [d] Τοῦδε τοῦ *Cl. Reg. Cass.* Aug. τοῦ δὲ τοῦ. [e] Εἰς *Dan.* [f] Τῶν Ἀθηναίων *Gr.* [g] Μεσηνίων *Ar. C. Dan.* fere ubique. Mosqu. [h] Καὶ deest *Ar. C. Cass. Dan.* [i] Κοράντων et mox Κόραντα *Reg.* Mox in Mosqu. εἶναι deest.

lis, quique apud ipsum potentia secundus erat, ad celeriter abeundum inducitur. Seuthen autem Perdiccas sibi clam conciliaverat, pollicitus se in matrimonium ipsi sororem daturum, et præter ipsam, pecunias etiam. Itaque Sitalces *Seuthæ verbis* inductus, et XXX universos dies *militiæ* commoratus, et horum octo apud Chalcidenses *consumtis,* cum exercitu domum celeriter se recepit. Perdiccas vero postea Stratonicen sororem suam Seuthæ uxorem dedit, ut ei promiserat. Hæc igitur Sitalcis expeditio hunc habuit exitum.

102. Athenienses vero, qui Naupacti erant, eadem hyeme, post *dimissam* Peloponnesiorum classem, duce Phormione, maritimam oram legentes, Astaco bellum intulerunt, exscensuque ex navibus in terram facto, mediterranea Acarnaniæ loca petierunt, cum quadringentis suorum gravis armaturæ militum classiariorum, et cum totidem* Messeniis; et ex Strato, et Corontis, aliisque oppidis eos, qui videbantur dubiæ fidei homines, ejecerunt: et cum Cynetem, Theolyti *filium,* in oppidum Coronta reduxissent, ad

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U.C. Varr. 326.

ἀνεχώρησαν πάλιν ἐπὶ τὰς ναῦς. ἐς γὰρ Οἰνιάδας, ἀεί ποτε πολεμίους ὄντας μόνους Ἀκαρνάνων, οὐκ ἐδόκει δυνατὸν εἶναι, χειμῶνος [k] ὄντος, στρατεύειν. ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας, καὶ [l] Ἀγραῶν καὶ Ἀμφιλόχων, καὶ διὰ τοῦ [m] Ἀκαρνανικοῦ πεδίου, ἄνωθεν [n] μὲν [o] παρὰ Στράτον πόλιν, ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ' Οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν [p] αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. κεῖνται δὲ καὶ τῶν νήσων τῶν Ἐχινάδων αἱ πολλαὶ καταντικρὺ [q] Οἰνιάδων, τοῦ Ἀχελῴου τῶν ἐκβολῶν οὐδὲν ἀπέχουσαι. ὥστε μέγας ὢν ὁ ποταμὸς [r] προσχοῖ ἀεὶ, καὶ εἰσὶ τῶν νήσων αἳ [s] ἠπείρωνται· ἐλπὶς δὲ, καὶ πάσας οὐκ ἐν πολλῷ [t] τινι ἂν χρόνῳ τοῦτο παθεῖν. τό, τε γὰρ ῥεῦμά ἐστι [u] μέγα [x] καὶ πολὺ καὶ θολερὸν, αἵ τε νῆσοι, πυκναὶ, καὶ ἀλλήλαις τῆς προσχώσεως, [y] τῷ μὴ σκεδάννυσθαι, σύνδεσμοι γίγνονται, παραλλὰξ καὶ οὐ κατὰ στοῖχον [z] κείμεναι, οὐδ' ἔχουσαι [a] εὐθείας διόδους τοῦ ὕδατος

[k] Ὄντος om. *Gr.* [l] Ἀγριανῶν mentio fit apud *Strabonem* p. 331. Ed. Paris. Agriani *Curtio.* [m] Ἀκαρνικοῦ *Demetrius Phalereus* et *Gr.* [n] Μὲν om. *Demetr. Phal.* [o] Περὶ *Ar. C. Dan.* [p] Αὐτοῖς τι περιλ. *Reg.* Τὴν πόλιν αὐτὴν Basil. [q] Οἰνιαδῶν *Ar. C. Cl. Gr. Dan.* et καὶ ἀντικρὺ *Gr.* [r] Προσχεῖ *Reg. Gr.* et εἰσὶν τῶν *Gr.* [s] Ἠπειρῶνται. ἐλπὶς καὶ *Dan.* [t] Τινὶ ἂν om. *Gr.* [u] Μέγα deest *Reg.* [x] Καὶ πολὺ θολερὸν *Ar.* [y] Τὸ *Gr.* In marg. Flor. Vin. τὸ τῆς προσχώσεως. [z] Κείμενον *Dan.* [a] Εὐθείας διόδους ὑπὸ τοῦ ὕδατος *Cod. vet. Stephani.*

suas naves redierunt. Nam Œniadis, (qui soli omnium Acarnanum Atheniensibus perpetuo erant hostes,) propter hybernum anni tempus, bellum nullo modo inferri posse videbatur. Nam Achelous fluvius ex monte Pindo per Dolopiam, Agraos, Amphilochos, et per Acarnanicam planitiem fluens, superne quidem juxta urbem Stratum, et Œniadas, per spatium, quod inter has duas urbes est medium, in mare defertur; et ipsorum *Œniadarum* urbem restagnans paludibus circumdat; et facit, ut propter aquarum copiam ei bellum hyeme non possit inferri. Jacent autem et pleræque Echinadum insularum e regione Œniadarum, ab Acheloi ostio non procul distantes. Quamobrem hic fluvius, quoniam est magnus, limum semper aggerit, nonnullæ etiam illarum insularum factæ sunt continentis pars. Et credibile est cæteris quoque non admodum longo temporis progressu idem eventurum. Nam et fluvii cursus est rapidus, et multus, et turbidus, et ipsæ insulæ sunt crebræ, et limo congesto (quod diffundi nequit) aliæ cum aliis conjunguntur, * gradatim, non autem serie directa sitæ, nec rectum aquis exitum in pelagus præ-

* Situ alternante positæ et non recta serie etc. *Alii.* Huds.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 326.

ἐς τὸ πέλαγος. ἔρημοι [b] δ' εἰσὶ, καὶ οὐ μεγάλαι. λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, [c] ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν· [d] ὑπειπόντα, οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δειμάτων, πρὶν ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ [e] κατοικίσηται, ἥτις, ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα, μήπω [f] ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο, μηδὲ γῆ ἦν· [g] ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁ δ' ἀπορῶν, ὥς φασι, μόλις κατενόησε τὴν πρόσχωσιν ταύτην τοῦ Ἀχελῴου. καὶ ἐδόκει αὐτῷ ἱκανὴ [h] ἂν κεχῶσθαι [i] δίαιτα τῷ σώματι, ἀφ' οὗπερ κτείνας τὴν μητέρα, οὐκ ὀλίγον χρόνον ἐπλανᾶτο. καὶ κατοικισθεὶς ἐς τοὺς περὶ Οἰνιάδας τόπους, ἐδυνάστευσέ τε, καὶ [k] ἀπὸ Ἀκαρνᾶνος παιδὸς ἑαυτοῦ, [l] τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν [m] ἐγκατέλιπε. τὰ μὲν [n] οὖν περὶ Ἀλκμαίωνα, τοιαῦτα [o] λεγόμενα παρελάβομεν.

ργ΄. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ὁ Φορμίων, ἄραντες ἐκ τῆς Ἀκαρνανίας, καὶ ἀφικόμενοι ἐς τὴν Ναύπακτον, ἅμα ἦρι κατέπλευσαν ἐς τὰς Ἀθήνας· [p] τούς τε ἐλευ-

[b] Δέ εἰσι *Reg. Cass.* [c] Ὥς τε *Marg.* ὅτ' ἴδει Marg. Flor. Vin. Verbum συνέβη vel a Librariis omissum, vel ab ipso Auctore relictum, est subaudiendum. *Steph.* Λέγεται supple, vel ὅτε δὴ ἠλᾶτο lege. *Fr. Portus.* [d] Εἰπόντα *C.* [e] Κατοικήσηται *Cl. Reg. Dan.* Mosqu. [f] Ὑπ' ἡλίου *Gr.* [g] Ὡς τῆς γῆς ὅλης αὐτῷ μεμιασμένης *Ar. C. Dan.* Mosqu. [h] Ἀνακεχῶσθαι legendum esse suspicatur *Steph.* [i] Δίαιτα, præter alia, significat etiam sedes, domicilium, in quo quis degit, consuetudinem etiam et διατριβήν. Vide *Aristot.* Eth. l. 1. c. 4. [k] Ἀπ' Ἀκαρν. *Gr.* [l] Τῇ χώρᾳ *Ar. Reg.* Mosqu. [m] Κατέλιπε *Cass.* Aug. Ἐγκατέλιπε *Gr.* [n] Οὖν deest *Ar. C. Reg. Gr.* Bas. [o] Λέγομεν ἃ *Cl. Reg. Cass.* [p] Τούς τ' ἐλευθ. *Gr.*

bentes. Sunt autem desertæ, nec magnæ. Fertur etiam Alcmæoni Amphiarai *filio*, quo tempore propter matris cædem vagabatur, Apollo oraculum reddidisse, quo hanc terram ei habitandam significavit, obscure significans eum terroribus, *quibus agitabatur*, liberatum non iri, prius quam locum habitandum reperisset in ea regione, quæ, quum matrem interfecit, a Sole nondum conspecta fuisset, nec tellus esset: quod omnem aliam terram ipse polluisset. Ille vero consilii inops (ut aiunt) vix tandem animadvertit hanc Acheloi fluminis alluvionem *ab oraculo fuisse designatam.* Istudque solum, quod limo congesto consolidatum fuerat, ipsi videbatur exstitisse ab eo tempore, quo matre cæsa non paucos annos erraverat, et ad sedes in eo sui corporis causa ponendas satis amplum esse *videbatur.* Quare cum in locis circum Œniadas sitis sedes collocasset, *ibi* regnavit, et ab Acarnane filio suo nomen regioni impositum reliquit. Quæ igitur de Alcmæone traduntur, hæc sunt, quæ accepimus.

103. Athenienses vero et Phormio, castris ex Acarnania motis, et Naupactum profecti, ineunte vere Athe-

θέρους τῶν αἰχμαλώτων ἐκ τῶν ναυμαχιῶν [q] ἄγοντες, οἳ ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἐλύθησαν, καὶ τὰς ναῦς, ἃς εἷλον. καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτα οὗτος, καὶ τρίτον ἔτος τῷ πολέμῳ [r] ἐτελεύτα τῷδε, ὃν Θουκυδίδης ξυνέγραψε.

Bell. Pelop. an. 3. Olymp. 87. 4. U. C. Varr. 326.

[q] Ἄγοντες· ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς *Dan.* in Mosqu. ξυνέγραψεν.

[r] Ἐτελεύτα abest *Ar. C. Dan.* Mox

nas redierunt; secumque duxerunt eos, quos in prœliis navalibus ceperant, qui facta capitum permutatione, ita ut singula pro singulis darentur, liberi dimittebantur. naves etiam *duxerunt*, quas ceperant. Atque hæc hyems est finita, hujusque belli, quod Thucydides conscripsit, tertius annus est exactus.

[a] ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ.

EPITOME LIBRI III.

Quarto anno belli Peloponnesiaci, cum iterum Atticam Peloponnesii cum exercitu invasissent, Lesbus omnis ab Atheniensibus, præter Methymnam, defecit. Cap. II. *Qua de causa Athenienses, classe eo copiisque missis, Mitylenen caput insulæ obsidione cinxerunt.* VI. *Interea cum obsessi hactenus Platæenses fame premerentur, ducenti ex eis et duodecim insignis audaciæ viri, noctu Peloponnesiorum munitiones scalis transgressi, incolumes omnes Athenas profugerunt.* XXII. *Peloponnesii Atticam ingressi, magna eam clade evastarunt.* XXVI. *Naves eorumdem subsidio Lesbiis missæ, tum primum Ioniam attigerunt.* XXVI. *Mitylenæi fame coacti deditionem fecerunt.* XXVIII. *De eorum supplicio magna contentione actum est, vicit tamen Diodoti lenior sententia.* XLIX. *Dispar Platæensium eventus fuit: qui cum eodem tempore fame subacti Lacedæmoniorum se arbitrio dedidissent, ab eis sunt interemti.* LXIX. *Sævissima item apud Corcyræos seditio describitur: qua optimates a plebe sua superati partim occisi sunt, partim profugerunt.* LXX. LXXXV. *Peloponnesios Atticam ingressuros terræ motus averterunt.* LXXXIX. *Messanam in Sicilia Athenienses occuparunt.* XC. *Heracleam in Trachine coloniam Lacedæmonii deduxerunt.* XCII. *Demosthenes Atheniensis dux, cum Ætolis bellum intulissent, victus ab eis multos eximios cives amisit.* XCVIII. *Delum Athenienses lustrarunt.* CIV. *Acarnanes Ambraciotis, memorabili clade, Demosthene duce, victis, pacem dederunt.* CXIII.

ΤΟΥ δ' [b] ἐπιγιγνομένου θέρους Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι, ἐστράτευσαν ἐς

Bell. Pelop. an. 4. Olymp. 88. 1. U. C. Varr. 326.

[a] Θουκυδίδου ξυγγραφῆς τὸ τρίτον *Cl.* Θουκυδίδου ἱστοριῶν συγγραφῆς βιβλίον τρίτον *Ar.* Titulo caret *alter Codex.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς τρίτης *Ald. Flor. Bas.* Θουκυδίδου τοῦ Ὀλόρου ξυγγραφῆς τὸ τρίτον *Editi reliqui.* Vide *Annott. Huds.* Θουκυδίδου ξυγγραφῆς γον *Reg.* Θουκ. ξυγγ. Γ *Cass.* In *Gr.* Lib. Tertius. E *Dan.* nihil adnotatum erat. [b] Ἐπιγινομένου *Gr.*

SEQUENTE autem æstate Peloponnesii, eorumque socii, frumento jam adulto, cum infesto exercitu in Atticam iverunt; Archidamusque

Bell. Pelop. an. 4. Olymp. 88. 1. U. C. Varr. 326. Post Jul. 2. Ante Jul. 16.

τὴν Ἀττικήν· ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Ἀρχίδαμος ὁ Ζευξιδάμου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς· καὶ ἐγκαθεζόμενοι ἐδῄουν τὴν γῆν· καὶ προσβολαί, ὥσπερ εἰώθεσαν, ἐγίγνοντο τῶν Ἀθηναίων ἱππέων, [c] ὅπη παρείκοι· καὶ τὸν πλεῖστον ὅμιλον τῶν ψιλῶν εἶργον, [d] τὸ μὴ προεξιόντας τῶν ὅπλων, τὰ ἐγγὺς τῆς πόλεως κακουργεῖν. ἐμμείναντες δὲ χρόνον οὗ εἶχον τὰ σιτία, ἀνεχώρησαν, καὶ διελύθησαν κατὰ πόλεις.

β'. Μετὰ δὲ τὴν ἐσβολὴν τῶν Πελοποννησίων, εὐθὺς Λέσβος, πλὴν Μηθύμνης, ἀπέστη [e] ἀπ' Ἀθηναίων· βουληθέντες μὲν καὶ πρὸ τοῦ πολέμου, (ἀλλ' οἱ Λακεδαιμόνιοι οὐ προσεδέξαντο,) ἀναγκασθέντες δὲ [f] καὶ ταύτην τὴν ἀπόστασιν πρότερον, [g] ἢ διενοοῦντο, ποιήσασθαι. τῶν τε γὰρ λιμένων τὴν χῶσιν, καὶ τειχῶν οἰκοδόμησιν, καὶ νεῶν ποίησιν, ἐπέμενον, τελεσθῆναι, καὶ ὅσα ἐκ τοῦ Πόντου ἔδει ἀφικέσθαι, τοξότας τε, καὶ σῖτον, καὶ [h] ἃ μεταπεμπόμενοι ἦσαν. [i] Τενέδιοι γὰρ, ὄντες αὐτοῖς διάφοροι, καὶ [k] Μηθυμναῖοι, καὶ αὐτῶν

[c] Ὅποι *C. Gr.* [d] Τὸ μὴ προσεξιόντας male *Ald. Flor. Bas.* Articulum τὸ vacare existimat *Steph.* et omnino a *Scholiaste* dissentit, qui præpositionem διὰ deesse putat. Vide *Stephani* Appendicem ad al. Scripta de Dial. Att. p. 178. Τοῦ μὴ πρ. *Gr.* in marg. In *Cass.* e τὸ manu recenti factum erat τῶ. [e] Ἀπὸ Ἀθηναίων *Ar. C. Cam.* Quam scripturam (inquit *Camerarius*) hoc loco, quamvis sæpius occurrerit, adnotare placuit, quod *Cicero* in *Oratore* concursationem vocalium minime fugisse *Thucydidem* scripserit. Ἀπὸ etiam *Gr.* [f] Καὶ deest *Gr.* [g] Ἢ *Cass.* [h] Ἅμα μεταπ. *Dan.* [i] Τενέδιοι δὲ ὄντες *Ar. C.* Τενέδιον δὲ ὄντες *Dan.* [k] Μηθυμναίων οἱ, et in marg. Μηθυμναῖοι manu rec. *Reg.* Μηθυμναίων οἱ etiam in *Cass.* fuisse videtur: nam erasa sunt quædam inter versus.

Zeuxidami *filius*, Lacedæmoniorum rex, ipsis præerat; castrisque positis, agrum vastabant. Atheniensium vero equites, (ut consueverant) impressionem faciebant *in hostium agmen*, qua cedebat; et plurimam militum leviter armatorum turbam prohibebant, ne a cæterarum copiarum corpore longius progressi loca suburbana vastarent. Et tamdiu commorati, quamdiu commeatus ipsis suppeditavit, *domum* redierunt, et in suam quique civitatem se receperunt.

2. Post hanc autem Peloponnesiorum irruptionem statim Lesbus, præter Methymnam, ab Atheniensibus defecit: voluerant autem *Lesbii* quidem vel ante hoc bellum motum *facere defectionem;* sed Lacedæmonii recipere noluerant. Sed *tunc* vi necessitatis coacti, maturius, quam secum ipsi constituerant, hanc defectionem fecerunt. Exspectabant enim donec portus aggeribus essent obstructi, et murorum ædificium, naviumque fabricatio ad suum finem esset perducta; item donec ex Ponto venissent, quæcunque venire oportebat, sagittarii, et frumentum, et quæcunque accersiverant. Tenedii enim, qui ipsis erant inimici, et Methymnæi, quin etiam * quidam ex ipsis

* Ex ipssi Mitylenæis privatim quidam etc. *Alii.* Huds.

Μιτυληναίων ἰδίᾳ ἄνδρες, κατὰ στάσιν πρόξενοι Ἀθηναίων, μηνυταὶ γίγνονται τοῖς Ἀθηναίοις, ὅτι ξυνοικίζουσί τε τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ, καὶ τὴν παρασκευὴν ἅπασαν, μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ξυγγενῶν ὄντων, ἐπὶ ἀποστάσει ἐπείγονται· καὶ εἰ μή [l] τις προκαταλήψεται ἤδη, [m] στερήσεσθαι αὐτοὺς Λέσβου.

Bell. Pelop. an. 4. Olymp. 88. 1. U. C. Varr. 326.

γ΄. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι (ἦσαν γὰρ [n] τεταλαιπωρημένοι ὑπό [o] τε τῆς νόσου, καὶ τοῦ πολέμου ἄρτι καθισταμένου, καὶ ἀκμάζοντος,) μέγα μὲν ἔργον ἡγοῦντο εἶναι Λέσβον προσπολεμώσασθαι, ναυτικὸν ἔχουσαν, καὶ δύναμιν ἀκέραιον· καὶ οὐκ ἀπεδέχοντο [p] τοπρῶτον τὰς κατηγορίας, μεῖζον μέρος νέμοντες τῷ μὴ βούλεσθαι ἀληθῆ εἶναι· ἐπειδὴ μέντοι καὶ πέμψαντες πρέσβεις οὐκ ἔπειθον τοὺς Μιτυληναίους τήν τε [q] ξυνοίκησιν καὶ τὴν παρασκευὴν διαλύειν, δείσαντες, προκαταλαβεῖν ἐβούλοντο. καὶ πέμπουσιν [r] ἐξαπιναίως τεσσαράκοντα ναῦς, αἳ ἔτυχον περὶ Πελοπόννησον παρεσκευασμέναι πλεῖν. Κλεϊππίδης δὲ ὁ Δεινίου, τρίτος αὐτὸς, ἐστρα-

[l] Τὶς om. *Gr.* [m] Στέρεσθαι *Ar. Dan.* [n] Προτεταλαιπωρημένοι *Marg. Ar. C. Dan.* [o] Particulam τε non agnoscit *C.* [p] Τὸ πρῶτον *C. Bas.* Τὸ deest *Reg. Cass.* Aug. [q] Forsan scribendum ξυνοίκισιν, nam supra dictum est, ξυνοικίζουσι τὴν Λέσβον ἐς τὴν Μιτυλήνην βίᾳ. *Æ. Port.* (ubi C. Mosqu. Μιτυλίνην.) [r] Ἐξαπηναίως *Reg.*

Mitylenæis homines privati, quibus propter factionem publicum erat cum Atheniensibus hospitium, Atheniensibus indicarunt omnes Lesbios *a Mitylenæis* per vim commigrare cogi; omnemque apparatum cum Lacedæmoniis, et Bœotis, qui gentis ejusdem erant, defectionis faciendæ causa *ab illis* urgeri; et nisi quis *illos* jam antevertat, ipsos Lesbo privatum iri *dixerunt.*

46. "Quare non oportet nos aut mortis pœna, tanquam locuplete fidejussore fretos, aliquid gravius de Mitylenæis statuere, aut omnem spem tollere illis, qui defecerint, fore, ut nullus ipsorum pœnitentiæ locus detur, neque suum peccatum quam levissima pœna ipsis eluere liceat. Considerate enim, quod nunc quidem, si qua civitas præterea, quæ defectionem fecerit, et quæ adhuc habuerit, unde impensas restituere, et tributum in posterum persolvere possit, se superstitem fore cognoverit, ad compositionem veniet: at illo modo, *quem Cleon præscribit*, quem tandem fore putatis, quæ non melius, quam nunc *ista fecit, ad bellum* se instruet, et diuturnam obsidionem ad extremum usque perferet: si idem valet, sero et cito compositionem facere. Nobis vero quomodo detrimento non erit, si propter sublatam compositionis faciendæ spem, in longam obsidionem sumtus facere cogamur, et si urbem capiamus, pro-

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. $\frac{1}{2}$. U. C. Varr. $327\frac{7}{8}$.

λοιπὸν ἀπ' αὐτῆς στέρεσθαι; ἰσχύομεν δὲ πρὸς τοὺς πολεμίους τῷδε. ὥστε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἐξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλάπτεσθαι, ἢ ὁρᾷν, ὅπως ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον μετρίως κολάζοντες, ταῖς πόλεσιν ἕξομεν ἐς χρημάτων λόγον ἰσχυούσαις χρῆσθαι· καὶ τὴν φυλακὴν μὴ ἀπὸ τῶν νόμων τῆς δεινότητος ἀξιοῦν ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἐπιμελείας· οὗ νῦν [t] τοὐναντίον δρῶντες, ἤν τινα ἐλεύθερον καὶ βίᾳ ἀρχόμενον, εἰκότως πρὸς αὐτονομίαν ἀποστάντα, χειρωσώμεθα, χαλεπῶς οἰόμεθα χρῆναι τιμωρεῖσθαι. χρὴ δὲ τοὺς ἐλευθέρους οὐκ, ἀφισταμένους σφόδρα κολάζειν, ἀλλὰ, πρὶν ἀποστῆναι, σφόδρα φυλάσσειν, καὶ προκαταλαμβάνειν, ὅπως [u] μηδ' εἰς ἐπίνοιαν τούτου ἴωσι, [x] κρατήσαντάς τε, ὅτι ἐπ' ἐλάχιστον τὴν αἰτίαν ἐπιφέρειν.

μζ. "Ὑμεῖς δὲ σκέψασθε, ὅσον ἂν καὶ τοῦτο ἁμαρτάνοιτε, Κλέωνι πειθόμενοι. νῦν μὲν γὰρ ὑμῖν ὁ δῆμος [y] ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν εὔνους [z] ἐστὶ, καὶ ἢ οὐ ξυναφίσταται τοῖς ὀλίγοις, ἢ, ἐὰν βιασθῇ, ὑπάρχει τοῖς ἀποστήσασι πολέμιος εὐθύς· καὶ τῆς ἀντικαθ-

[t] Τἀναντία *Cl. Reg. Cass.* Aug. [u] Μηδ' εἰς ἐπίνοιαν *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Bas.* Μὴ δ' εἰς ἐπ. *Cass.* Εἰς ἀπόνοιαν in textu, et supr. rec. manu ἐπι *Reg.* [x] Κρατήσαντές τε *Ar. C.* [y] Ἔν τε πάσαις *Gr.* Antea Mosqu. ἡμῖν, et paullo superius, ἁμαρτάνητε. [z] Ἐστὶν *Cass.* Mox ἢ ante οὐ deest *Gr.* deinde ἂν βιασθῇ *Dan.* Mosqu. et hic λόγοις pro ὀλίγοις.

fligatam recipiamus, et vectigalibus, quæ ex ea percipimus, in posterum privemur? Atqui hac re adversus hostes valemus. Quapropter nobis non est committendum, ut, dum illorum, qui deliquerunt, judices sumus severi, exinde detrimentum potius capiamus, quam videamus, quonam modo *eos* moderate mulctantes, civitatibus, quæ pecuniarum vi pollent, in posterum uti possimus. Et *oportet nos* existimare, non legum atrocitate, sed officii nostri sedulitate *eas* custodiendas, *et in officio, fideque continendas.* Nos tamen longe aliter nunc facimus. Nam si quem liberum hominem subegerimus, sed alterius imperio coactum parere, ac merito deficientem, ut se in pristinam libertatem vindicaret, eum atrocibus suppliciis afficiendum censemus. Atqui liberos homines acriter punire non oportet, si defectionem fecerint, sed *eos* diligenter custodire, et antevertere, ut ne in cogitationem quidem hujus rei veniant; et, si eos in nostram potestatem redegerimus, *delicti* culpam quam minime ipsis tribuere.

47. "Vos igitur considerate, quantopere hac etiam re peccaturi sitis, si Cleoni assentiamini. Nunc enim plebs in omnibus civitatibus est vobis benevola; et aut non deficit cum nobilibus, aut, si deficere cogatur, statim se illorum hostem declarat, a quibus ad defectionem impulsa

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. $\frac{1}{2}$. U. C. Varr. 327/8.

ισταμένης πόλεως τὸ πλῆθος ξύμμαχον ἔχοντες, ἐς πόλεμον ἐπέρχεσθε. εἰ δὲ διαφθερεῖτε [a] τὸν δῆμον τὸν Μιτυληναίων, ὃς οὔτε μετέσχε τῆς ἀποστάσεως, ἐπειδή τε ὅπλων ἐκράτησεν, ἑκὼν παρέδωκε τὴν πόλιν· πρῶτον μὲν ἀδικήσετε, τοὺς εὐεργέτας κτείνοντες, ἔπειτα καταστήσετε τοῖς δυνατοῖς τῶν ἀνθρώπων ὃ βούλονται μάλιστα. ἀφιστάντες γὰρ τὰς πόλεις, τὸν δῆμον εὐθὺς ξύμμαχον ἕξουσι, προδειξάντων [b] ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοίως κεῖσθαι καὶ τοῖς μή. δεῖ δὲ, [c] καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ [d] προσποιεῖσθαι, ὅπως, ὃ μόνον ἡμῖν ἔτι ξύμμαχόν ἐστι, μὴ πολέμιον γένηται. καὶ τοῦτο πολλῷ ξυμφορώτερον ἡγοῦμαι ἐς τὴν [e] κάθεξιν τῆς ἀρχῆς, ἑκόντας ἡμᾶς ἀδικηθῆναι, ἢ δικαίως, οὓς μὴ δεῖ, διαφθεῖραι. καὶ [f] τὸ Κλέωνος τὸ αὐτὸ δίκαιον καὶ ξύμφορον τῆς τιμωρίας οὐχ εὑρίσκεται ἐν αὐτῷ [g] δυνατὸν ὂν ἅμα [h] γίγνεσθαι.

μή. "[i] Ὑμεῖς δὲ, γνόντες ἀμείνω τάδε εἶναι, καὶ [k] μηδὲ οἴκτῳ πλέον νείμαντες, μήτ' ἐπιεικείᾳ, (οἷς οὐδὲ

[a] Τὸν δῆμον Μιτυληναίων *Ar. C.* Τὸν δ. τῶν Μιτυλ. *Cl. Gr. Reg. Cass.* Aug. Cum *Ar. C.* τὸν omittit *Dan.* [b] Ἡμῶν *Cass.* [c] Καὶ deest *Ar. C. Dan.* [d] Ποιεῖσθαι, et paullo post μόνον ὑμῖν *Dan.* Deinde ξυμφερώτερον ἡγοῦμαι *Cass.* [e] κάθειρξιν Mosqu. [f] Respicit ad illud Cleonis, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ, τά τε δίκαια ἐς Μιτυληναίους καὶ τὰ ξυμφέροντα ἅμα ποιήσετε etc. *Huds.* ξυμφέρον Mosqu. pro ξύμφορον. [g] Δυνατὸν om. *Cl.* [h] Γίνεσθαι *Ar.* [i] Ὑμεῖς γνόντες *C.* [k] Μήτε *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. Hoc spectat

fuit. * Et cum adversariæ civitatis multitudinem vestri studiosam habeatis, ad bellum pergitis. Quod si Mitylenæorum plebem occidatis, quæ neque defectionis particeps fuit, et quæ, postquam arma penes se habuit, urbem ultro *vobis* tradidit: primum quidem injuste facietis, quia bene de vobis meritos occidetis; deinde vero constituetis, quod homines potentes maxime cupiunt. Nam cum civitates ad defectionem impulerint, plebem statim sociam habebunt: quia vos ipsi eandem pœnam omnibus pariter, tam illis, qui deliquerint, quam illis, qui non deliquerint, propositam esse prius demonstraveritis. Quamvis autem *Mitylenæi* deliquerint, hoc tamen erat dissimulandum, ut ea *civitatis* pars, quæ sola adhuc rebus nostris favet, a nobis non alienetur. Hoc enim ad imperium retinendum longe utilius existimo, injuriam nobis volentibus fieri, quam a nobis, summo jure agentibus, eos occidi, quos non oportet. Atque id, quod est in Cleonis sententia, ultionem justam, eandemque utilem esse, in eadem re simul fieri posse non reperitur.

48. " Vos igitur, cum intellexeritis, hanc meam sententiam *Cleonis* meliorem esse, neque misericordia, neque lenitate adducti (quibus ne

* Et civitati adversariæ, cujus vobis plebes amica est, arma infertis? *Acacius.* Huds.

ἐγὼ ἐῶ προσάγεσθαι,) ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων, πείθεσθέ μοι, Μιτυληναίων, οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας, κρῖναι καθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾷν οἰκεῖν. [k] τάδε γὰρ ἔς τε τὸ μέλλον ἀγαθὰ, καὶ τοῖς πολεμίοις ἤδη φοβερά. ὅστις γὰρ εὖ [l] βουλεύεται, πρὸς τοὺς ἐναντίους κρείσσων ἐστὶν, [m] ἢ μετ' ἔργων ἰσχύος ἀνοίᾳ ἐπιών.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. $\frac{1}{2}$. U. C. Varr. $327\frac{7}{8}$.

μθʹ. Τοιαῦτα [n] μὲν ὁ Διόδοτος εἶπε. ῥηθεισῶν δὲ τῶν γνωμῶν τούτων μάλιστα ἀντιπάλων πρὸς [o] ἀλλήλας, οἱ Ἀθηναῖοι ἦλθον μὲν ἐς ἀγῶνα ὅμως τῆς δόξης, καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ [p] ἀγχώμαλοι· ἐκράτησε δὲ ἡ τοῦ Διοδότου. καὶ τριήρη εὐθὺς ἄλλην ἀπέστελλον κατὰ σπουδὴν, ὅπως [q] μὴ, φθασάσης τῆς δευτέρας, εὕρωσι διεφθαρμένην τὴν πόλιν. προεῖχε δὲ ἡμέρᾳ [r] τε καὶ νυκτὶ μάλιστα. παρασκευασάντων δὲ [s] τῶν Μιτυληναίων πρέσβεων τῇ νηῒ οἶνον καὶ ἄλφιτα, καὶ μεγάλα ὑποσχομένων, εἰ φθάσαιεν, ἐγένετο σπουδὴ τοῦ

ad illud Cleonis, *μηδὲ τρισὶ τοῖς ἀξυμφορωτάτοις τῇ ἀρχῇ, οἴκτῳ, καὶ ἡδονῇ* etc. *Huds.* Μή τι *Cass.* Μήτι *Reg. Gr.* et mox *μή τ' ἐπιεικ. Cass.* Μήτι ἐπιεικ. *Gr.*
[k] Τάδε γὰρ ἔσται πρὸς τὸ μέλλον ἀγαθὰ *Ar. C. Dan.* paullo ante τοὺς δὲ ἄλλους *Gr.*
[l] Βούλεται *Dan.* Aug. sed in hoc syll. ευ superscr. a m. 2. [m] Μετ' ἔργων ἀνοίας ἰσχύος ἐπιὼν *C.* Forsan pro *μετ' ἔργων ἀνοίας ἰσχύϊ ἐπιών. Huds.* "Η μετ' ἔργων ἰσχύων ἰσχύ ἐπιὼν. et supra rec. manu *ἰσχύος ἀνοίᾳ Reg.* [n] Δὲ *Gr. Reg.*
[o] Ἀλλήλους *Ar. C. Ald. Flor. Bas. Reg. Dan.* Aug. sed a corr. antea fuit ἀλλήλας. Mox εἰς ἀγῶνα *Reg.* [p] Ἀγχέμαλοι *Reg.* Ἀγχώμαλον *Dan.*
[q] Μὴ φθασάσης τῆς ἑτέρας *Ar. C.* Quod sic reddi potest, *ne si forte præveniente altera* etc. Πρoτέρας *Vallam* legisse ex ejus interpretatione conjiciebant *Steph.* et *Æ. Port.* qui et δευτέρας ferri posse existimant, si repetatur μή. Προτέρας *Cl.* in marg. *Huds.* ἑτέρας *Dan.* [r] Τε deest *Ar. C. Cl. Gr. Reg. Cass. Dan.* Aug. [s] Τῶν non est in *Gr.*

ego quidem vos adduci sino,) sed ex ipsis rebus, quæ vobis suadentur, mihi assentiamini; et de Mitylenæis, quos Paches ut sontes *huc* misit, quæstionem per otium habeatis, cæteros vero habitare permittatis. Hæc enim et in posterum bona sunt futura, et hostibus timorem jam sunt injectura. Quisquis enim recte deliberat, is contra hostes magis pollet, quam qui temeraria virium ferocitate fretus in eos fertur, et factis aggreditur."

49. Atque Diodotus quidem hæc dixit. Prolatis vero horum sententiis inter se maxime contrariis, Athenienses quidem pariter inter se contenderunt pro adversa sententia; et quum ad suffragia ventum est, par fere utrinque numerus fuit, Diodoti tamen sententia superior fuit. Quare confestim alteram triremem magna festinatione miserunt, ne, si forte posterior *priorem non* antevertisset, civitatem jam exstinctam offenderent. uno autem ferme die et nocte antecesserat. Cum autem Mitylenæorum legati vinum, et panem hordeaceum in ipsa navi præparassent, et magna præmia se daturos promisissent, si antevertissent: tanto studio cursum navigationis confece-

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. ½. U. C. Varr. 327⅞.

πλοῦ τοιαύτη, [t] ὥστε ἤσθιόν τε ἅμα ἐλαύνοντες οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ἄλφιτα [u] πεφυρμένα· καὶ οἱ μὲν ὕπνον ᾑροῦντο [x] κατὰ μέρος, οἱ δὲ ἤλαυνον. κατὰ τύχην δὲ πνεύματος οὐδενὸς ἐναντιωθέντος, καὶ τῆς μὲν προτέρας νεὼς οὐ σπουδῇ πλεούσης ἐπὶ πρᾶγμα ἀλλόκοτον, ταύτης δὲ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπειγομένης, ἡ μὲν ἔφθασε τοσοῦτον, ὅσον Πάχητα ἀνεγνωκέναι [y] τὸ ψήφισμα, καὶ μέλλειν δράσειν τὰ δεδογμένα· ἡ δ' [z] ὑστέρα αὐτῆς ἐπικατάγεται, καὶ διεκώλυσε μὴ [a] διαφθεῖραι. παρὰ τοσοῦτον μὲν ἡ Μιτυλήνη ἦλθε κινδύνου.

ν'. Τοὺς δ' ἄλλους ἄνδρας, οὓς ὁ Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς αἰτιωτάτους ὄντας τῆς ἀποστάσεως, Κλέωνος γνώμῃ διέφθειραν οἱ Ἀθηναῖοι· ἦσαν δὲ ὀλίγῳ πλείους χιλίων. καὶ Μιτυληναίων τείχη καθεῖλον, καὶ ναῦς παρέλαβον. ὕστερον δὲ φόρον μὲν οὐκ ἔταξαν Λεσβίοις, κλήρους δὲ ποιήσαντες τῆς γῆς, [b] πλὴν τῆς Μηθυμναίων, [c] τρισχιλίους, τριακοσίους μὲν τοῖς θεοῖς ἱεροὺς ἐξεῖλον, ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους σφῶν αὐτῶν κληρούχους τοὺς λαχόντας ἀπέπεμψαν· οἷς ἀργύριον Λέσβιοι ταξάμενοι τοῦ κλήρου ἑκάστου τοῦ ἐνιαυτοῦ δύο μνᾶς

[t] Ὥστ' ἤσθιόν τι *Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Gr.* [u] Πεφυραμένα *Ar. Cl. Reg. Cass.* Aug. [x] Καταμέρος *Gr.* [y] Τὸ deest Mosqu. [z] Ὑστεραία *Ar. C. Gr. Dan.* [a] Φθεῖραι *Ar. C. Dan.* Διαφθαρῆναι *Reg.* [b] Πλὴν τῆς τῶν Μηθυμναίων *Ar.* [c] Χιλίους *C.*

runt, ut uno eodemque tempore et remigarent, et panem vino ac oleo maceratum comederent; et per vices, alii quidem somnum caperent, alii vero remigarent. cum autem, quodam fortunæ beneficio, tunc nullus ventus contrarius spirasset, et prior quidem navis haud magna festinatione navigaret, quod ad triste ministerium proficisceretur, hæc vero hunc in modum adeo properaret, illa quidem tantisper præcessit, dum Paches decretum legeret, et ad imperata faciendum se præpararet. Hæc vero posterior, eam proxime subsequens, ad portum appulit; et impedivit *Pachetem*, ne civitatem perderet. In tantum igitur discrimen Mitylene venit.

50. Cæteros vero, quos Paches ut præcipuos defectionis autores miserat, Athenienses ex Cleonis sententia morte mulctarunt. Erant autem numero paulo plures mille. Et Mitylenes muros demoliti sunt, et * naves *ab illis traditas* acceperunt. Postea vero nullum quidem tributum Lesbiis imposuerunt: sed agro, (excepto Methymnæorum) in tria millia partium diviso, trecentas quidem eximias Diis consecrarunt; in reliquas vero colonos de suis facta sortitione miserunt. Quibus Lesbii certam pecuniæ summam, nempe duas minas in singulas portiones ex pacto et convento quotannis persol-

* Naves ademerunt. *Valla.* Sic et paulo post παρέλαβον vertit. Huds.

φέρειν, αὐτοὶ [c] εἰργάζοντο τὴν γῆν. παρέλαβον δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίσματα οἱ Ἀθηναῖοι, ὅσων Μιτυληναῖοι ἐκράτουν. καὶ ὑπήκουον [d] ὕστερον Ἀθηναίων. τὰ μὲν κατὰ Λέσβον οὕτως ἐγένετο.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327. Initium Ol. an. 1. mense Aprili. Finis Ol. an. 2.

να'. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει, μετὰ [e] τὴν Λέσβου ἅλωσιν, Ἀθηναῖοι, Νικίου τοῦ Νικηράτου στρατηγοῦντος, ἐστράτευσαν ἐπὶ [f] Μίνωαν τὴν νῆσον, ἣ κεῖται πρὸ Μεγάρων· ἐχρῶντο δὲ αὐτῇ, πύργον ἐνοικοδομήσαντες, οἱ Μεγαρεῖς φρουρίῳ. [g] ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν [h] αὐτόθεν δι' ἐλάσσονος τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ [i] μὴ ἀπὸ τοῦ [k] Βουδόρου καὶ τῆς Σαλαμῖνος εἶναι· τούς τε Πελοποννησίους, ὅπως μὴ ποιῶνται ἔκπλους [l] αὐτόθεν λανθάνοντες, τριήρων [m] τε (οἷον καὶ [n] τοπρὶν γενόμενον) καὶ ληστῶν ἐκπομπαῖς, τοῖς τε Μεγαρεῦσιν ἅμα μηδὲν ἐσπλεῖν. ἑλὼν οὖν ἀπὸ τῆς [o] Νισαίας πρῶτον δύο πύργω προέχοντε μηχαναῖς ἐκ θαλάσσης, καὶ τὸν ἔσπλουν ἐς [p] τὸ μεταξὺ τῆς νήσου ἐλευθερώσας, [q] ἀπετείχιζε καὶ τὸ ἐκ τῆς ἠπείρου, ᾗ κατὰ γέφυραν

[c] Ἐξειργάζοντο *Ar. C. Dan.* [d] Ἀθηναίων ὕστερον *Ar. C. Dan.* Ἀθηναίοις Mosqu. et pro τὰ μὲν, ταῦτα· sed in marg. ταῦτα. [e] Τὴν deest *Ar. C. Dan.* [f] Μινώαν *Cass.* [g] Ἐβουλεύετο *Gr.* [h] Αὐτόθι *C.* [i] Μὴ deest *Dan.* [k] Βουδώρου *Straboni* et *Stephano. Huds.* [l] Αὐτῶν λανθ. *Cl.* in margine. Sic *Reg.* Αὐτόθι λανθ. *Dan.* [m] Δὲ *Ar. C.* Τριήρων οἷον *Reg.* [n] Τὸ πρὶν *Ar. C. Reg. Cass. Gr. Aug.* [o] Νισσαίας *C.* Paullo post δύω *Reg. Aug.* ω superscr. a m. 2. [p] Τομεταξὺ *Gr.* [q] Distinctionem post ἀπετείχιζε sustuli fretus auctoritate *Codd. Mss. Huds.*

ventes, agrum ipsi colebant. Oppida etiam, quotquot Mitylenæi in sua potestate habebant, Athenienses per deditionem ceperunt; quæ postea Atheniensium imperio paruerunt. Et apud Lesbum quidem ita res gestæ sunt.

51. Eadem æstate, post receptam Lesbum, Athenienses, duce Nicia, Nicerati filio, cum classe adversus Minoam insulam Megaris adjacentem iverunt. Megarenses enim in ea turrim exstruxerant, eaque pro propugnaculo utebantur. Nicias autem volebat Athenienses illic, breviore loci spatio, non autem in Budoro, aut Salamine, suæ præsidiariæ classis stationem habere; et *observare* Peloponnesios, ne clam eruptiones illinc facerent, triremibus (quemadmodum et ante fecerant,) prædonibus emissis, simul etiam ne quidquam Megarensibus importaretur. Cum igitur primum duas turres a Nisæa prominentes, machinis e mari expugnasset, liberamque ibi inter insulam continentemque navigationem reddidisset, * eam Minoæ partem, quæ a continente erat, qua ponte, per loca palustria, auxilium

* Atque id continentis, qua, pontem versus per loca palustria etc. *Valla.* Huds.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

διὰ τενάγους [r] ἐπιβοήθεια ἦν τῇ νήσῳ, οὐ πολὺ διεχούσῃ τῆς ἠπείρου. ὡς δὲ τοῦτο [s] ἐξειργάσαντο ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, ὕστερον δὴ καὶ ἐν τῇ νήσῳ τεῖχος ἐγκαταλιπὼν καὶ φρουρὰν, ἀνεχώρησε τῷ στρατῷ.

Eodem tempore.

νβʹ. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τοῦ θέρους τούτου καὶ οἱ [t] Πλαταιῆς, οὐκέτι ἔχοντες σῖτον, οὐδὲ δυνάμενοι πολιορκεῖσθαι, ξυνέβησαν τοῖς Πελοποννησίοις τοιῷδε τρόπῳ· προσέβαλον [u] αὐτῶν τῷ τείχει, οἱ δὲ οὐκ [x] ἠδύναντο ἀμύνεσθαι· γνοὺς δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος ἄρχων τὴν ἀσθένειαν [y] αὐτῶν, βίᾳ μὲν οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν· εἰρημένον γὰρ ἦν αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος, ὅπως, εἰ σπονδαὶ γίγνοιντό ποτε πρὸς Ἀθηναίους, καὶ ξυγχωροῖεν, ὅσα πολέμῳ χωρία [z] ἔχουσιν ἑκάτεροι, ἀποδίδοσθαι, [a] μὴ ἀνάδοτος εἴη ἡ Πλάταια, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων· [b] προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα, λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν ἑκόντες τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ δικασταῖς ἐκείνοις χρήσασθαι, τούς [c] τε ἀδίκους κολάζειν, παρὰ δίκην δὲ, οὐδένα. [d] τοσαῦτα μὲν ὁ κήρυξ εἶπεν. οἱ δὲ (ἦσαν γὰρ

[r] Ἐπὶ βοηθείᾳ *Gr. Reg.* Ἐπιβοηθεία Mosqu. [s] Ἐξειργάσατο *Ar. C.* Mosqu. atque ita legendum esse conjiciebat *Fr. Portus. Huds.* [t] Πλαταιεῖς *Ar. C. Reg. Cass. Gr. Dan.* et οὐκ ἔτι hic et passim *Gr.* [u] Αὐτῶν deest *Ar. C. Dan.* Aug. [x] Ἐδύναντο *Cass. Gr.* [y] Αὐτῶν om. *Cl. Cass.* Mox γὰρ post εἰρημ. a m. 2. in Mosqu. a l. γʹ. [z] Ἔχουσι *Gr.* [a] Τὸ μετὰ τὴν πρᾶσιν ἀποδοθὲν, ἀνάδοτον ἄν τις εἰπεῖν δύναιτο, εἰπόντος Θουκυδίδου, μὴ ἀνάδοτος εἴη Πλαταιά. *Pollux* L. 7. c. 2. ubi Πλάταια, non Πλαταιὰ scribendum, ut docet *Eustathius* ad *Homeri* Il. βʹ. 201. et 203. *Ed. Basil. Huds.* [b] Προπέμπει *Ar. C. Dan.* [c] Δὲ *Gr.* [d] Ταῦτα *Flor.*

insulæ a continente non ita multum distanti ferri poterat, munitionibus intersepsit. cum autem hoc opus intra paucos dies confecisset, et munitionem in ipsa quoque insula exstruxisset, ac præsidium in ea reliquisset, cum exercitu domum rediit.

52. Per eadem autem hujus æstatis tempora, Platæenses quoque, quod nullum commeatum amplius haberent, nec obsidionem diutius ferre possent, hunc in modum compositione facta Peloponnesiis se dediderunt. *Peloponnesii* muros urbis oppugnare cœperunt, illi vero ipsos propulsare non poterant. Quare dux Lacedæmonius, cum eorum imbecillitatem cognovisset, per vim quidem eos capere noluit, (hoc enim a Lacedæmoniorum Magistratibus ei fuerat interdictum, ut, si forte fœdus aliquando cum Atheniensibus fieret, et utrique oppida bello capta, quæ in sua potestate haberent, reddenda consentirent, Platæa non redderetur, quod ipsi sua sponte se dedidissent) sed caduceatorem ad eos misit, qui diceret, nunquid se, et urbem ultro Lacedæmoniis dedere, eorumque judicio stare vellent, ea conditione, ut de sontibus supplicium sumerent, nullum vero indicta causa damnarent ac punirent. Atque caduceator quidem hæc tantum di-

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

ἤδη ἐν τῷ ἀσθενεστάτῳ) παρέδοσαν τὴν πόλιν. καὶ τοὺς Πλαταιέας ἔτρεφον οἱ Πελοποννήσιοι ἡμέρας τινὰς, ἐν ὅσῳ οἱ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος δικασταὶ πέντε ἄνδρες ἀφίκοντο. ἐλθόντων δὲ αὐτῶν, κατηγορία μὲν [e] οὐδεμία προετέθη· ἠρώτων δὲ αὐτοὺς, ἐπικαλεσάμενοι, τοσοῦτον μόνον, [f] εἴτι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ [g] πολέμῳ τῷ καθεστῶτι ἀγαθόν τι [h] εἰργασμένοι εἰσίν. [i] οἱ δ' ἔλεγον, αἰτησάμενοι μακρότερα εἰπεῖν, καὶ προτάξαντες σφῶν αὐτῶν Ἀστύμαχόν τε τὸν Ἀσωπολάου, καὶ Λάκωνα τὸν Ἀειμνήστου, πρόξενον ὄντα Λακεδαιμονίων, [k] καὶ ἐπελθόντες, ἔλεγον τοιάδε.

νγ'. "ΤΗΝ μὲν παράδοσιν τῆς πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, πιστεύσαντες ὑμῖν, ἐποιησάμεθα, οὐ τοιάνδε δίκην οἰόμενοι ὑφέξειν, νομιμωτέραν δέ τινα ἔσεσθαι· καὶ ἐν δικασταῖς οὐκ ἐν ἄλλοις δεξάμενοι ([l] ὥσπερ καὶ ἐσμὲν) γενέσθαι, ἢ ὑμῖν· ἡγούμενοι τὸ ἴσον μάλιστ' ἂν φέρεσθαι. νῦν δὲ φοβούμεθα, μὴ ἀμφοτέρων ἅμα ἡμαρτήκαμεν· τόν τε γὰρ ἀγῶνα περὶ τῶν δεινοτάτων

[e] Οὐδὲ μία *C. Cass.* [f] Εἰ τοὺς Λακεδαιμ. *Gr.* et paullo ante ἠρώτων δ' αὐτούς. [g] Πολέμῳ καθεστῶτι *Gr.* Τῷ καθεστῶτι absunt a *Reg.* Αὐτῷ π. Mosqu. [h] Εἰργασάμενοι *C.* [i] Οἱ δὲ ἔλεγον *Gr.* [k] Καὶ ἐπελθόντες non agnoscunt *Ar. C.* Ἐπελθόντες pro παρελθόντες accipiendum, vel τὸ ἐπελθόντα λέγειν idem valet ac τὸ παρέρχεσθαι τῶν ἄλλων κατηγορήσαντα, scilicet, ὥστε κατηγορεῖν τῶν ἄλλων. *Æ. Port.* Omittit etiam *Dan.* et mox habet εἰ μὲν παραδ. [l] Ὡς καὶ *Dan.*

xit. Illi vero (jam enim in extrema imbecillitate constituti erant) urbem ipsis dediderunt. Peloponnesii vero Platæenses per aliquot dies aluerunt, donec Lacedæmone quinque Judices advenerunt. Cum autem illi adfuissent, nullam quidem accusationem ipsis proposuerunt: sed illos accersitos hoc tantum interrogabant, nunquid in hoc bello, ex quo susceptum esset, de Lacedæmoniis, eorumque sociis aliquo modo bene meriti essent. Illi vero, cum petiissent, ut suam causam oratione prolixiore sibi agere liceret, responderunt, suæque causæ patronos constituentes Astymachum Asopolai, et Laconem Aumnesti filium, cui publicum erat cum Lacedæmoniis hospitium, atque in medium progressi, in hunc modum verba fecerunt.

53. "Urbis deditionem, o Lacedæmonii, vestra æquitate freti fecimus; non existimantes, nos tale judicium subituros, at æquius aliquod fore sperantes; et conditionem nobis oblatam accepimus, ut non apud alios, sed apud vos judices causam diceremus, quemadmodum etiam dicimus; sic enim potissimum nos nostrum jus obtenturos arbitrabamur. Jam vero veremur, ne ab utroque simul aberraverimus. Nam et de capite nostro ultimoque supplicio

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

εἶναι, εἰκότως ὑποπτεύομεν, καὶ ὑμᾶς, μὴ οὐ [m] κοινοὶ ἀποβῆτε· τεκμαιρόμενοι, προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ [n] προγεγενημένης, ᾗ χρὴ ἀντειπεῖν, [o] (ἀλλ' αὐτοὶ λόγον ᾐτησάμεθα·) τό, τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, ᾧ [p] τὰ μὲν ἀληθῆ ἀποκρίνασθαι, ἐναντία γίγνεται, τὰ δὲ ψευδῆ, ἔλεγχον ἔχει. πανταχόθεν [q] δὲ ἄποροι καθεστῶτες, ἀναγκαζόμεθα, καὶ ἀσφαλέστερον δοκεῖ εἶναι, εἰπόντας τὶ κινδυνεύειν. καὶ γὰρ ὁ μὴ ῥηθεὶς λόγος τοῖς [r] ὧδ' ἔχουσιν αἰτίαν ἂν παράσχοι, ὡς, εἰ ἐλέχθη, σωτήριος ἂν ἦν. χαλεπῶς δὲ ἔχει ἡμῖν πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ πειθώ. ἀγνῶτες [s] μὲν γὰρ ὄντες ἀλλήλων, ἐπεισενεγκάμενοι μαρτύρια ὧν ἄπειροι ἦτε, ὠφελέμεθ' ἄν· νῦν δὲ πρὸς εἰδότας [t] πάντα λελέξεται. καὶ [u] δέδιμεν οὐχὶ, μὴ, [v] προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων, ἔγκλημα [x] αὐτὸ ποιῆτε, ἀλλὰ μὴ, ἄλλοις χάριν φέροντες, ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα.

νδ΄. "[y] Παρεχόμενοι δὲ ὅμως ἃ ἔχομεν δίκαια,

[m] Κοινῇ *Gr.* Mosqu. [n] Προγινομένης *C.* [o] Ἀλλὰ αὐτοὶ *Gr.* [p] Τὰ *Reg.* [q] Τι Mosqu. [r] Ὧδι ἔχουσιν *Ar. C.* Mosqu. cui et d. ἂν post αἰτίαν. [s] Μὲν deest *Ar.* Γὰρ d. Mosqu. [t] Πᾶν λελέξεται *Ar. C.* Πάντα λέξεται *Gr.* Πᾶν λελέξεται *Dan.* [u] Δεδίαμεν *Reg.* Μὴ οὐχὶ Mosqu. [v] Καταγνόντες *C.* [x] Αὐτῷ *Gr.* Ποιεῖτε *Reg.* [y] Παρισχόμενοι *Dan.*

certamen esse, et vos non æquos judices fore, merito suspicamur; conjecturam inde facientes, tum quia nullus accusator ante constitutus est, cujus criminationem refellamus, sed et ipsi, ut dicendi potestas nobis fieret, poposcimus: tum etiam quia vestra interrogatio perbrevis, ad quam si vera respondeamus, hoc nostram causam evertit, sin falsa, mendacii facile argui possumus. Itaque cum maximis difficultatibus undique premamur, et in ancipiti fortuna constituti simus, cogimur, et tutius esse ducimus, * aliquid dicendo periclitari. Quod enim dici potuit ab illis, qui in tali discrimine versantur, nisi dictum fuerit, hominibus præbet occasionem existimandi, hoc ipsum, si dictum fuisset, salutem illis dare potuisse. Sed præter alia ipsa persuadendi ratio in difficili nobis est. nam si ignoti inter nos essemus, allatis testimoniis rerum illarum, quas ignoraretis, causam nostram fortasse juvaremus. jam vero apud eos, qui rerum sunt gnari, omnia dicentur. Nec illud pertimescimus, ne crimini nobis detis, et propterea nos damnetis, quod virtute vobis inferiores simus; sed *id veremur*, ne, in aliorum gratiam, judicium jam peractum, vestroque præjudicio confirmatum subeamus.

54. "† Veruntamen jus nostrum

* Non prius periclitari, quam aliquid dixerimus. *Steph.* Ut prius, quam periculum subeamus, aliquid dicamus. *Acacius.* Huds.

† Nihilo tamen minus, quid juris habeamus, et adversus Thebanorum postulata, et adversum vos cæterosque Græcos, exhibebimus, et nostra benefacta recensentes flectere etc. *Steph.* et *Acacius.* Idem.

πρός τε τὰ Θηβαίων διάφορα, καὶ ἐς ὑμᾶς, [z] καὶ ἐς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, [a] τῶν εὖ δεδρασμένων ὑπόμνησιν ποιησόμεθα, καὶ πείθειν πειρασόμεθα. Φαμὲν γὰρ πρὸς τὸ ἐρώτημα τὸ βραχὺ, εἴτι Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους ἐν τῷ πολέμῳ τῷδε ἀγαθὸν πεποιήκαμεν, εἰ μὲν ὡς πολεμίους ἐρωτᾶτε, οὐκ ἀδικεῖσθαι ὑμᾶς, μὴ εὖ παθόντας· φίλους δὲ νομίζοντας, αὐτοὺς ἁμαρτάνειν μᾶλλον, [b] τοὺς ἡμῖν ἐπιστρατεύσαντας. [c] τὰ δ' ἐν τῇ εἰρήνῃ καὶ πρὸς τὸν Μῆδον, ἀγαθοὶ γεγενήμεθα, τὴν μὲν, οὐ λύσαντες νῦν πρότεροι, τῷ δὲ ξυνεπιθέμενοι τότε [d] ἐς ἐλευθερίαν τῆς Ἑλλάδος μόνοι Βοιωτῶν. καὶ γὰρ ἠπειρῶταί [e] τε ὄντες ἐναυμαχήσαμεν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, μάχῃ τε τῇ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γῇ γενομένῃ, παρεγενόμεθα ὑμῖν τε καὶ Παυσανίᾳ. εἴτε τι ἄλλο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐγένετο ἐπικίνδυνον τοῖς Ἕλλησι, πάντων παρὰ δύναμιν μετέσχομεν. καὶ ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἰδίᾳ, ὅτε περ δὴ μέγιστος φόβος περιέστη τὴν Σπάρτην, μετὰ τὸν σεισμὸν τῶν [f] ἐς Ἰθώμην Εἱλώτων ἀποστάντων, τὸ τρίτον μέρος ἡμῶν αὐτῶν ἐξεπέμψαμεν [g] ἐς ἐπικουρίαν. ὧν οὐκ εἰκὸς ἀμνημονεῖν.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

[z] Καὶ τοὺς *Cl. Gr.* Mosqu. Aug. *Reg. Cass.* [a] Τῶνδε *Reg.* Mosqu. Δεδραμένων *Dan.* Paullo post καὶ πείθ. πειρ. des. Mosqu. [b] Τοὺς deest *Ar. C. Dan.* Mosqu. [c] Τὰ δὲ ἐν *Ar. C.* [d] Ἐπ' ἐλευθερίᾳ *Ar. C. Dan.* [e] Τε deest *Reg.* [f] Ἐπ' Ἰθώμην *Ar. C. Dan.* Εἰς Ἰθ. *Reg.* [g] Εἰς ἐπι-

adversus Thebanorum simultates tuebimur, et quicquid ad justam nostræ causæ defensionem facit, proferemus; nostraque beneficia cum in vos, tum etiam in cæteros Græcos collata commemorabimus, et flectere vos conabimur. Respondemus enim ad vestram illam perbrevem interrogationem, nunquid in hoc bello de Lacedæmoniis, eorumque sociis, aliquo modo bene meriti simus: si nos, ut hostes interrogatis, vos nullam injuriam a nobis accepisse, qui nullis beneficiis a nobis affecti fueritis: sin ut eos, quos amicos esse ducitis, vos potius peccare, qui bellum nobis intuleritis. Quod autem ad pacem attinet, et ad bellum contra Medos gestum, bonorum virorum officium fecimus: quippe qui illam quidem, nunc non violavimus priores: illos vero, tunc soli ex omnibus Bœotis una vobiscum pro libertate Græcorum aggressi sumus. Nam, quamvis in locis mediterraneis habitaremus, tamen navale prœlium ad Artemisium commisimus; et quum in agro nostro pugna commissa est, in ea vobis, et Pausaniæ adfuimus. Et si quæ aliæ res cum periculo conjunctæ per id tempus a Græcis gestæ fuerunt, omnium participes supra vires exstitimus. Vobis etiam, Lacedæmonii, privatim, quum maximus terror Spartam circumstetit, post terræmotum, quo tempore Helotes defectione a vobis facta in Ithomen se receperunt, tertiam nostræ civitatis partem auxilio misimus. quarum rerum memoriam vos deponere non decet.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

νέ. "Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ καὶ μέγιστα τοιοῦτοι ἠξιώσαμεν εἶναι· πολέμιοι δὲ ἐγενόμεθα ὕστερον· ὑμεῖς [h] δὲ αἴτιοι· δεομένων γὰρ ξυμμαχίας, ὅτε Θηβαῖοι ἡμᾶς ἐβιάσαντο, ὑμεῖς ἀπεώσασθε, καὶ πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι, ὡς ἐγγὺς ὄντας, ὑμῶν δὲ μακρὰν ἀποικούντων. ἐν μέντοι τῷ πολέμῳ οὐδὲν [i] ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε [k] ἐμελλήσατε. εἰ δ' ἀποστῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν, ὑμῶν κελευσάντων, οὐκ ἠδικοῦμεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ἐβοήθουν ἡμῖν ἐναντία Θηβαίοις, ὅτε ὑμεῖς ἀπωκνεῖτε· καὶ προδοῦναι αὐτοὺς [l] οὐκέτι ἦν καλὸν, ἄλλως τε καὶ οὓς εὖ παθών τις καὶ αὐτὸς δεόμενος προσηγάγετο ξυμμάχους, καὶ πολιτείας μετέλαβεν· ἰέναι δὲ [m] ἐς τὰ παραγγελλόμενά εἰκὸς ἦν προθύμως. ἃ δὲ ἑκάτεροι ἐξηγεῖσθε τοῖς ξυμμάχοις, οὐχ οἱ ἑπόμενοι αἴτιοι, [n] εἴ τι μὴ καλῶς ἐδρᾶτε, [o] ἀλλ' οἱ ἄγοντες ἐπὶ τὰ μὴ ὀρθῶς ἔχοντα.

νς'. "Θηβαῖοι δὲ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἡμᾶς ἠδίκησαν, τὸ δὲ τελευταῖον, αὐτοὶ ξύνιστε, [p] δι' ἅπερ καὶ

κυρίαν *Bar. Ar. C. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass. Gr.* [h] Δ' αἴτιοι *Gr.* [i] Ἐκπρεπωδέστερον *C.* [k] Ἐμελλήσετε, et mox ἐθελήσαμεν *Gr.* Ἐμελήσατε Mosqu. [l] Οὐκέτι ἦν *Bar. Ald. Flor. Bas.* [m] Εἰς τὰ *Gr.* [n] Εἰ μή τι *Marg. Bar. Flor. Bas.* Εἰ τε μὴ *Reg.* [o] Ἀλλὰ οἱ *Gr.* [p] Διάπερ *Gr.*

55. "Ac olim quidem in maximis, gravissimisque rebus tales esse non dubitavimus. postea vero fuimus hostes: sed vos in culpa fuistis. Cum enim a vobis petiissemus, ut in vestram societatem nos reciperetis, quum Thebani vim nobis intulerunt, nos rejecistis, et imperastis, ut ad Athenienses confugeremus, quod illi quidem essent vicini, vos vero in loco valde remoto habitaretis. In bello tamen nullam insignem injuriam a nobis accepistis, nec accepturi eratis. Quod si ab Atheniensibus vestro jussu deficere noluimus, nullam injuriam propterea vobis fecimus. Illi enim contra Thebanos auxilium nobis tulerunt, quum vos *hoc ipsum facere* pigebat. Nec amplius honestum erat eos prodere, præsertim homines de nobis bene meritos, quos in societatem precibus adduximus, et a quibus civitate donati fuimus. Imo vero nos decebat ad illorum imperata alacriter facienda ire. * Sed quæ utrique peccastis, dum sociis imperaretis, si quid non honeste fecistis, horum culpa non penes illos est, qui sequuti sunt, sed penes illos, qui vos ad res pravas agendum duxerunt.

56. "Thebani vero cum alias multas injurias nobis intulerunt, † tum etiam hanc postremam, quæ (ut vos

* At quæ vos duces cum suis utrique sociis egistis etc. *Valla.* Dum vero utrique sociis vestris præceditis, si quid etc. *Acacius.* Huds.

† Tum hoc postremum, quod est causa eorum, quæ patimur, vos ipsi, quale sit, nostis. *Acacius.* Idem.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U.C. Varr. 327.

τάδε πάσχομεν. πόλιν γὰρ αὐτοὺς τὴν ἡμετέραν καταλαμβάνοντας ἐν σπονδαῖς, καὶ προσέτι ἱερομηνίᾳ, [q] ὀρθῶς [τε] ἐτιμωρησάμεθα, κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι· καὶ νῦν οὐκ ἂν εἰκότως δι' αὐτοὺς βλαπτοίμεθα. εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα χρησίμῳ [r] ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ τὸ δίκαιον λήψεσθε, τοῦ μὲν ὀρθοῦ φανεῖσθε οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες. καίτοι, εἰ νῦν ὑμῖν ὠφέλιμοι δοκοῦσιν εἶναι, πολὺ καὶ [s] ἡμεῖς καὶ [t] οἱ ἄλλοι Ἕλληνες μᾶλλον τότε, ὅτε ἐν μείζονι κινδύνῳ ἦτε. νῦν μὲν γὰρ ἑτέροις ὑμεῖς [u] ἐπέρχεσθε δεινοί· ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ καιρῷ, ὅτε πᾶσι δουλείαν ἐπέφερεν ὁ βάρβαρος, οἵδε μετ' αὐτοῦ ἦσαν. καὶ δίκαιον, ἡμῶν τῆς νῦν ἁμαρτίας (εἰ ἄρα ἡμάρτηταί [x] τι) ἀντιθεῖναι [y] τὴν τότε προθυμίαν· καὶ μείζω τε πρὸς ἐλάσσω εὑρήσετε, καὶ ἐν καιροῖς, οἷς σπάνιον ἦν, τῶν Ἑλλήνων τινὰ ἀρετὴν τῇ Ξέρξου δυνάμει ἀντιτάξασθαι. ἐπῃνοῦντό τε [z] μᾶλλον οἱ μὴ τὰ ξύμφορα

[q] Ὀρθῶς ἐτιμωρησάμεθα *Bar. Cl. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Reg. Cass.* Aug. In *Reg.* super ἱερομ. scriptum erat manu rec. ἐν, quasi legendum esset ἐν ἱερομηνίᾳ. [r] Ὑμῶν καὶ ἐκείνων *Ar. C. Bar. Dan. Gr.* [s] Ita ex fide *Codd. Mss.* et *vett. Editionum.* Ὑμεῖς *Steph.* 1. 2. et *Æ. Port.* Ἡμεῖς etiam *Cass.* et *Gr.* Mosqu. ἡμ. ex correct. sed fuit ὑμ. [t] Οἱ deest *Bar. Reg. Dan.* Mosqu. [u] Ὑπέρχεσθε *Dan.* [x] Τὶ non agnoscunt *Bar. Cl. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Gr.* Aug. [y] Τήν τε προθ. *Gr.* [z] Μάλιστα *Ar. C. Dan.*

ipsi nostis) horum, quæ patimur, est causa. Cum enim fœderum, *pacisque* tempore, et ipsis feriis menstruis urbem nostram occupassent, eos merito sumus ulti, secundum legem ab omnibus receptam, quæ fas esse docet, hostem, qui nos invadit, propulsare: et ipsorum gratia nunc immerito plectemur. Nam si ex præsenti utilitate, quam ex illorum societate percipitis, et ex hostili illorum odio, quo nos prosequuntur, judicium faciatis, *nosque plectatis;* vos non religiosos juris judices esse, sed potius utilitati servire constabit. Quod si nunc isti vobis utiles videntur esse, profecto nos, cæterique Græci tunc, quum in majori periculo essetis constituti, vobis multo magis utiles exstitimus. Vos enim nunc quidem alios invaditis, *ipsis* formidolosi. Sed illo tempore, quo barbarus jugum servitutis omnibus Græcis imponebat, isti cum ipso fuerunt, *et ipsum adjuverunt.* Quare æquum est, ut huic nostro peccato (si modo peccatum aliquod a nobis est commissum) jam opponatis illud nostrum animi studium, quo tunc erga vos fuimus. et, si utrinsque collationem faciatis, studium quidem majus, peccatum vero minus reperietis: idque eo tempore, quo inter Græcos rarissimi reperiebantur, qui suam fortitudinem illi *formidandæ* Xerxis potentiæ opponerent: et *eo tempore, quo* ii magis laudabantur, * qui adversus impe-

* Qui, dum invaduntur, nullam etc. *Valla.* Huds.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

πρὸς τὴν ἔφοδον αὐτοῖς ἀσφαλείᾳ πράσσοντες, ἐθέλοντες δὲ τολμᾷν μετὰ κινδύνων τὰ βέλτιστα. ὧν ἡμεῖς γενόμενοι, καὶ τιμηθέντες ἐς [a] τὰ πρῶτα, νῦν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς δέδιμεν μὴ διαφθαρῶμεν, Ἀθηναίους ἑλόμενοι δικαίως μᾶλλον ἢ ὑμᾶς κερδαλέως. [b] καίτοι χρὴ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως φαίνεσθαι [c] γιγνώσκοντας, καὶ τὸ ξυμφέρον μὴ ἄλλο τι νομίσαι, ἢ, τῶν ξυμμάχων τοῖς ἀγαθοῖς ὅταν ἀεὶ βέβαιον τὴν χάριν τῆς ἀρετῆς ἔχωσι, καὶ [d] τὸ παραυτίκα που [e] ἡμῖν ὠφέλιμον [f] καθιστῆται.

νζ΄. "Προσκέψασθέ [g] τε, ὅτι νῦν μὲν παράδειγμα τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἀνδραγαθίας νομίζεσθε· εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα ([h] οὐ γὰρ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε, ἐπαινούμενοι δὲ [i] περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν,) ὁρᾶτε, ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται, ἀνδρῶν ἀγαθῶν πέρι, αὐτοὺς ἀμείνους ὄντας, ἀπρεπές τι ἐπιγνῶναι, οὐδὲ [k] πρὸς ἱεροῖς τοῖς κοινοῖς σκῦλα ἀπὸ ἡμῶν τῶν εὐεργετῶν τῆς Ἑλλάδος ἀνατεθῆναι. δεινὸν

[a] Τάπρωτα *Reg.* [b] Hic verborum sensus et ordo : *καίτοι χρὴ ὑμᾶς ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως, ἀεὶ φαίνεσθαι γιγνώσκοντας, καὶ μὴ νομίσαι τὸ ξυμφέρον ἄλλό τι εἶναι, ἢ ὅταν τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ξυμμάχων ἀεὶ τὴν τῆς ἀρετῆς χάριν βεβαίως παρέχωμεν, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ παραυτίκα που ἡμῖν ὠφέλιμον καθιστῶμεν.* Vel : *καίτοι χρὴ τοὺς ἀνθρώπους ταῦτα π. τ. ἀ. ὁ. ἀ. φ. γ. καὶ τὸ ξ. μ. ἀ. τ. ν. ἢ ὅταν τ. τ. ξ. τ. τ. ἀ. χ. β. ἀεὶ παρέχωσι, καὶ ἅμα τὸ π. π. αὐτοῖς ὠ. καθιστῶσιν.* *Æ. Port.* [c] Γινώσκοντας *Reg.* In Mosqu. alterum *γ.* del. sed a m. 2. suprascr. [d] Τοπαραυτίκα *Gr.* [e] Ὑμῖν *Marg. Ar. C. Reg. Cass. Gr. Dan.* Mosqu. et antea, *αἰεί.* [f] Καθίστηται *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Bas. Gr.* Καθίσταται *Dan.* Mosqu. [g] Τὶ deest *C.* [h] Οὐκ ἀφανῆ, et deinde *τήνδ' ἐπαινούμενοι* *Gr.* [i] Παρὰ *Reg.* [k] Πρὸς τοῖς ἱεροῖς τοῖς *Reg.*

tum et incursum barbarorum nullam utilitatis aut salutis suæ rationem habuerunt; sed vel maximo cum periculo res optimas *et pulcerrimas* alacriter et fortiter agere voluerunt. ex quorum numero licet nos fuerimus, licet etiam *propterea* honores præcipui nobis habiti fuerint; nunc tamen veremur, ne hac ipsa de causa *potissimum* perdamur, quod Athenienses juste potius sequi voluerimus, quam vos *injuste, et* nostræ utilitati consulentes. Atqui de rebus iisdem idem pariter, *et semper* vos sentire decet, et existimare, utilitatem nihil aliud esse, quam, quum sociis, qui strenue se gesserunt, semper certam fortitudinis gratiam rependimus, et simul præsentia negotia ex usu nostro constituimus.

57. "Illud etiam mature considerate, vos nunc quidem probitatis et æquitatis exemplar a plerisque Græcis existimari. Sed si de nobis iniquam sententiam tuleritis (nec enim hoc judicium, quod de nostra causa facietis, erit obscurum; sed vos, qui bene auditis, de nobis, qui non male audimus, sententiam feretis) cavete, ne *omnes* factum vestrum improbent, quod de bonis viris, quamvis vos ipsi meliores sitis, aliquid præter decorum *et dignitatem vestram* statueritis; neve *rem ab humanitatis officio alienam judicent,* si spolia de nobis, qui de Græcis universis bene

δὲ δόξει εἶναι, Πλάταιαν Λακεδαιμονίους πορθῆσαι· καὶ τοὺς μὲν πατέρας ἀναγράψαι ἐς τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς [l] δι' ἀρετὴν τὴν πόλιν, ὑμᾶς δὲ [m] καὶ ἐκ παντὸς τοῦ Ἑλληνικοῦ [n] πανοικησίᾳ διὰ Θηβαίους ἐξαλεῖψαι. ἐς τοῦτο γὰρ δὴ ξυμφορᾶς προκεχωρήκαμεν, οἵτινες Μήδων τε κρατησάντων ἀπολλύμεθα, καὶ νῦν ἐν ὑμῖν, τοῖς πρὶν φιλτάτοις, Θηβαίων ἡσσώμεθα, καὶ δύο ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ὑπέστημεν, τότε μὲν, τὴν πόλιν εἰ μὴ παρέδομεν, λιμῷ διαφθαρῆναι, νῦν δὲ, θανάτου [o] δίκῃ κρίνεσθαι. καὶ [p] περιεώσμεθα ἐκ πάντων [q] Πλαταιῆς, οἱ παρὰ δύναμιν πρόθυμοι ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἐρῆμοι καὶ ἀτιμώρητοι· καὶ οὔτε τῶν [r] τότε ξυμμάχων [s] ὠφελεῖ οὐδεὶς, ὑμεῖς τε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἡ μόνη ἐλπὶς, δέδιμεν, μὴ οὐ βέβαιοι ἦτε.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

νη'. "Καίτοι ἀξιοῦμέν γε καὶ θεῶν ἕνεκα τῶν ξυμμαχικῶν ποτὲ γενομένων, καὶ τῆς ἀρετῆς τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας, [t] γναμφθῆναι ὑμᾶς, καὶ μεταγνῶναι, εἴτι ὑπὸ Θηβαίων ἐπείσθητε· τήν τε δωρεὰν ἀνταπαιτῆσαι, αὐτοὺς μὴ κτείνειν, οὓς μὴ ὑμῖν πρέπει· σώφρονά

[l] Δι' ἀρετῆς *Ar. Dan.* [m] Καὶ deest *Gr.* [n] Πανοικισίᾳ Mosqu. *Ar. C. Cl.* et ex emendatione πανοικησίᾳ *Huds.* Paullo inferius κρατησάντων ἀπωλλύμεθα *Cass.* [o] Δίκῃ non habet in textu *Reg.* sed inter versus rec. manu. [p] Περιεσώμεθα *Gr.* [q] Πλαταιεῖς *Ar. C. Bar. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Dan. Gr.* [r] Τότε deest *Ar. Dan.* [s] Ὠφέλειται *Gr.* [t] Γναμφθῆναι *Marg.* Καμφθ. Aug. Paullo ante εἰς τοὺς *Reg.* et vs. 1. cap. καὶ τὸ, et ξυμμάχων Mosqu.

meriti sumus, in publicis templis suspendantur. Facinus autem atrox esse videbitur, si Lacedæmonii Platæas diripiant. Et *omnes iniquo ferent animo*, quod patres quidem, *majoresque vestri*, nomen hujus civitatis in tripode Delphico virtutis ergo insculpserint, vos vero ex universa Græcia propter Thebanos hoc ipsum deleatis. Nam eo calamitatis jam progressi sumus, quippe qui et ante periissemus, si Medi vicissent, et nunc apud vos, qui nobis olim eratis amicissimi, a Thebanis superamur, et duo gravissima certamina subiimus: unum quidem, tunc, ne fame necaremur, nisi urbem dedissemus; alterum vero, nunc, quod capitis causam dicamus, *et in salutis discrimen vocemur.* Et nos illi Platæenses, qui supra vires optime meriti sumus de Græcis universis, deserti, omnique auxilio destituti, ab omnibus rejicimur. nec eorum quisquam, qui tunc *ejusdem periculi* socii fuerunt, *nunc nobis* opem fert: quinetiam, Lacedæmonii, veremur, ne vos, unica spes nostra, parum constantes sitis.

58. "Sed vos oramus, et per Deos, qui nostræ societatis, fœderisque præsides ac testes quondam fuerunt; et per virtutem, quam erga Græcos demonstravimus, ut flectamini, et sententiam mutetis, si quid forte vobis a Thebanis persuasum fuerit: utque hanc gratiam vicissim ab illis reposcatis, ne ipsi illos occi-

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

τε ἀντὶ αἰσχρᾶς κομίσασθαι χάριν, καὶ μὴ, ἡδονὴν δόντας ἄλλοις, κακίαν [u] αὐτοὺς ἀντιλαβεῖν· [x] βραχὺ γὰρ τὸ τὰ ἡμέτερα σώματα διαφθεῖραι, ἐπίπονον δὲ, τὴν δύσκλειαν αὐτοῦ ἀφανίσαι. οὐκ ἐχθροὺς γὰρ ἡμᾶς εἰκότως τιμωρήσεσθε, ἀλλ' εὔνους, κατ' ἀνάγκην πολεμήσαντας. [y] ὥστε καὶ τῶν σωμάτων ἄδειαν ποιοῦντες, ὅσια ἂν δικάζοιτε, καὶ προνοοῦντες, ὅτι ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προϊσχομένους (ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι, μὴ κτείνειν τούτους) ἔτι δὲ καὶ εὐεργέτας γεγενημένους [z] διαπαντός. ἀποβλέψατε γὰρ ἐς πατέρων τῶν ὑμετέρων θήκας, οὓς ἀποθανόντας ὑπὸ Μήδων, καὶ ταφέντας ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἐτιμῶμεν [a] κατὰ ἔτος ἕκαστον [b] δημοσίᾳ ἐσθήμασί τε καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις· ὅσα τε ἡ γῆ ἡμῶν ἀνεδίδου ὡραῖα, πάντων ἀπαρχὰς ἐπιφέροντες, εὖνοι μὲν ἐκ φιλίας χώρας, [c] ξύμμαχοι δὲ ὁμαίχμοις ποτὲ γενομένοις. ὧν ὑμεῖς [d] τουναντίον ἂν δράσαιτε, μὴ ὀρθῶς γνόντες. [e] σκέψασθε δέ· Παυσανίας μὲν γὰρ ἔθαπτεν αὐτοὺς, νομίζων ἐν γῇ τε φιλίᾳ τιθέναι καὶ παρ' ἀνδράσι τοιούτοις· ὑμεῖς δὲ, εἰ κτενεῖτε ἡμᾶς, καὶ χώραν τὴν Πλαταιΐδα Θηβαΐδα ποιήσετε, τί ἄλλο ἢ ἐν [f] πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς

[u] Αὐτοῖς *Cl.* [x] Βραχὺ γάρ τι τὰ *Marg.* [y] Ὡς καὶ *Bar.* δὲ ins. a m. 2. Aug. καὶ in marg. Mosqu. [z] Διὰ παντὸς *C. Gr.* Mosqu. [a] Κατ' ἔτος *Dan.* Κατὰ τὸ ἔτ. Mosqu. [b] Δημοσίᾳ τε ἐσθ. τε *Gr.* Mox ὅσα γε ἡ γῆ *Reg.* [c] Σύμμαχοι *Gr.* deinde γεγενημένοις *Reg.* [d] Τὸ ἐναντίον *Reg. Cass. Gr.* Mosqu. Aug. [e] Σκέψασθαι *Dan.* Et paullo post νομίζω et ἐκτενεῖτε. [f] Πολεμίᾳ παρὰ *Gr.*

dant, quos a vobis occidi non decet; et honestum beneficium pro turpi *ab illis* reportetis, neve, ut aliis gratificemini, infamiam ipsi pro beneficio in eos collato subeatis. Nam corpora nostra morte mulctare vobis est in promtu: sed hujus facinoris infamiam delere est difficillimum. non enim hostes justo afficietis supplicio, sed amicos, qui necessitate compulsi bellum vobis fecimus. Itaque si mortis metu nos liberetis, sententiam religiose, *sancteque* tuleritis, illud in primis cogitantes, nos volentes in vestram venisse potestatem, et more supplicum manus tendentes, (hujusmodi autem homines ipse Græcorum ritus occidi vetat, præterea nos perpetuo de vobis bene meritos esse. Aspicite enim sepulcra patrum vestrorum, quos a Medis cæsos, et in agro nostro sepultos quotannis publice cohonestabamus et indumentis et aliis inferiis; primitias etiam fructuum, quos noster suo tempore tulit ager, amici *amicis* ex amico agro, et socii illis, qui quondam commilitones fuerant, offerentes. Quibus vos contraria feceritis, nos iniquo judicio damnantes. Rem enim considerate. Pausanias quidem eos humavit, existimans, illos a se in agro amico, et apud amicos humari. Vos vero, si nos occideritis, et agrum Platæensem Thebanum feceritis; quid aliud, quam

[g] αὐθένταις πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς, ἀτίμους γερῶν, ὧν νῦν ἴσχουσι, καταλείψετε; πρὸς δὲ, [h] καὶ γῆν, ἐν ᾗ ἠλευθερώθησαν οἱ Ἕλληνες, δουλώσετε; ἱερά τε θεῶν, οἷς εὐξάμενοι Μήδων ἐκράτησαν, ἐρημοῦτε; καὶ θυσίας τὰς πατρίους τῶν [i] ἑσσαμένων καὶ κτισάντων [k] ἀφαιρήσεσθε;

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

νθ΄. "[l] Οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τάδε, οὔτε ἐς τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα καὶ ἐς τοὺς προγόνους ἁμαρτάνειν, οὔτε ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας, ἀλλοτρίας ἕνεκα ἔχθρας, μὴ αὐτοὺς ἀδικηθέντας, διαφθεῖραι· φείσασθαι δὲ καὶ ἐπικλασθῆναι τῇ γνώμῃ, [m] οἶκτον σώφρονα λαβόντας· μὴ, ὧν πεισόμεθα, μόνον [n] δεινότητα [o] κατανοοῦντας, ἀλλ' οἷοί τε ἂν ὄντες πάθοιμεν, καὶ ὡς ἀστάθμητον τὸ τῆς ξυμφορᾶς, [p] ᾧ τινί ποτ' ἂν καὶ [q] ἀναξίως [r] ξυμπέσοι. ἡμεῖς τε, ὡς πρέπον ἡμῖν, καὶ ὡς ἡ χρεία προάγει, [s] αἰτού-

[g] De hac voce vide *Suidam*, *Phavorinum*, et *Harpocr.* [h] Καὶ deest *Reg.* [i] Ἱδρυσαμένων *Ar. C. Dan.* Hoc inter versus scriptum habet *Gr.* Ἑσαμένων abrasa secunda litera *Cass.* Mosqu. in marg. οἰκοδομησαμένων, c. signo referendi ad ἑσσαμ. (qs. expl.) [k] Ἀφαιρηθήσεσθε *Gr. Huds.* Est in eo ἀφαιρεθήσεσθε. *Duck.* [l] Id est: τάδε οὐκ ἔστι πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης, οὔτε τὸ ἁμαρτάνειν ἐς τὰ etc. οὔτε τὸ ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας διαφθεῖραι, πρὸς τῆς ὑμετέρας δόξης. *Æ. Port.* [m] Οἴκτῳ σώφρονι *Marg. Bar. Ald. Flor. Bas. Steph.* 1. *Cass. Reg.* sed in utroque rec. manu inter versus scriptum erat ον et α. et in *Cass.* quoque in marg. γρ. οἶκτον σώφρονα. Οἴκτῳ σώφρονι Aug. [n] Δυνότατα *Ar. C.* [o] Κατανοοῦντες *Bar. Ald. Flor. Bas. Reg. Cass. Gr.* Eamdem scripturam in *Appendice* Variar. Lect. adnotaverat *Hudsonus*, sed sine nota *Codicis*. Paullo ante *Gr.* in contexto quoque λαβόντες, cum α super ε. [p] Ὅ τινι *Cl.* ex emendat. *Huds.* [q] Ἀναξίῳ *Marg. Cam. Cass. Gr.* Aug. [r] Συμπέσοι *Reg. Cass. Gr.* et paullo post πρέπον ἦν manu rec. *Cass.* Συμπέσῃ Mosqu. [s] Syntaxis est hæc: αἰτούμεθα τοὺς θεοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων, ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι ὑμᾶς Λακεδαιμονίους τάδε ἃ λέγομεν, προφερόμενοι etc.

patres, cognatosque vestros, honoribus, quibus nunc afficiuntur, spoliatos, in hostili solo, et apud ipsos eorum interfectores relinquetis? præterea vero, et agrum, in quo Græci in libertatem vindicati fuerunt, in servitutem redigetis? delubra etiam deorum, ad quæ votis conceptis illi Medos superarunt, deserta patiemini? et patria sacrificia illorum, qui *templa* fundarunt, et condiderunt, tolletis?

59. "Nequaquam hæc vobis, Lacedæmonii, in gloriam cedent, neque ut in publica Græcorum instituta et in majores vestros peccetis; neque ut nos de vobis bene meritos propter alienas inimicitias, cum vos ipsi nullam injuriam a nobis acceperitis, occidatis. Sed *rem vestra gloria dignam facietis*, si nobis parcatis, animoque frangamini, modesta misericordia tacti: considerantes non solum atrocitatem supplicii, quo plectemur; sed etiam quales simus nos, qui hoc ipsum patiemur: *considerantes* etiam, quam sit incertum, cuinam calamitas vel immerenti sit eventura. Nos igitur (ut nos decet, utque necessitas ipsa nos cogit,)

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U. C. Varr. 327.

μεθα ὑμᾶς, θεοὺς τοὺς ὁμοβωμίους καὶ κοινοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπιβοώμενοι, πεῖσαι τάδε, [t] προφερόμενοι ὅρκους, οὓς οἱ πατέρες ὑμῶν [u] ὤμοσαν, μὴ ἀμνημονεῖν, ἱκέται γιγνόμεθα ὑμῶν [x] τῶν πατρῴων τάφων· καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς [y] κεκμηῶτας, μὴ γενέσθαι ὑπὸ Θηβαίοις, [z] μηδὲ τοῖς ἐχθίστοις φίλτατοι ὄντες παραδοθῆναι. ἡμέρας τε [a] ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης, ᾗ τὰ λαμπρότατα [b] μετ᾽ αὐτῶν πράξαντες, νῦν ἐν τῇδε τὰ δεινότατα κινδυνεύομεν παθεῖν. ὅπερ δὲ ἀναγκαῖόν τε καὶ χαλεπώτατον τοῖς ὧδε ἔχουσι, λόγου τελευτᾷν, διότι καὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος ἐγγὺς μετ᾽ αὐτοῦ, παυόμενοι, λέγομεν ἤδη, ὅτι οὐ Θηβαίοις παρέδομεν τὴν πόλιν, (εἱλόμεθα γὰρ ἂν πρό γε τούτου, τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ, λιμῷ, τελευτῆσαι·) ὑμῖν δὲ πιστεύσαντες προσήλθομεν. καὶ δίκαιον, εἰ μὴ πείθομεν, ἐς τὰ αὐτὰ

Vel, τοὺς θεοὺς ἐπιβοώμενοι αἰτούμεθα αὐτοὺς, πεῖσαι ὑμᾶς τάδε, αἰτούμεθα (λέγω) προφ. etc. *Æ. Port.* [t] Προσφερόμενοι *Marg. Ar. C. Cl. Dan.* Aug. Sic quoque videtur fuisse in *Cass.* nam erasum erat aliquid inter ο et φ. [u] Ὤμοσαν καὶ μὴ ἀμνημονεῖν *Ar.* Ὤμοσαν—μὴ ἀμνημονεῖν *C.* Μὴ ἀμνημονεῖν pro ὥστε τούτων μὴ ἀμνημονεῖν, vel ὧν ὑμᾶς ἀμνημονεῖν οὐ δεῖ. *Æ. Port.* Ὤμοσαν καὶ μὴ ἀμν. *Dan.* [x] Hæc ita accipienda: τοὺς τάφους τῶν ὑμετέρων πατέρων ἱκετεύομεν, καὶ ἐπιβοώμεθα. Infra enim dicitur p. 187. πατέρων τάφους τῶν ὑμετέρων ἐπιβοώμενοι *Æ. Port.* [y] Κεκμηκότας *Marg. Schol.* [z] Μὴ δὲ *C. Reg.* [a] Ἀναμιμνησκόμενοι *Gr.* [b] Μεθ᾽ ἑαυτῶν *Marg. Bar. Cl. Gr. Ald. Flor. Bas.* Atque ita *Priscianus* Lib. XVII. dicens, Græcos ἑαυτοὺς pro ἀλλήλους usurpare. Μεθ᾽ αὑτῶν *Reg. Cass.* Paullo post verba καὶ δίκ. εἰ μὴ πείθ. in Mosqu. des. in textu, sed adscr. in marg.

Deos imploramus, qui iisdem aris a nobis æque coluntur, quique Græcis omnibus sunt communes, et ab illis petimus, ut vobis persuadeant hæc, *quæ dicimus*, proferentes jusjurandum, quod patres vestri jurarunt, cujus vos oblivisci non oportet. Et patrum vestrorum sepulcra suppliciter oramus, et vita defunctos imploramus, * ne in Thebanorum potestatem redigamur, neve nos, qui vobis amicissimi sumus, inimicissimis tradamur; illumque diem in memoriam vobis redigimus, quo præclarissima facinora cum patribus vestris edidimus, nos, qui nunc, hoc ipso die, in gravissimo capitis periculo versamur. Quod autem et necessarium, et acerbissimum est hominibus in hujusmodi fortuna constitutis, dicendi finem facere, quod cum ipso dicendi fine vitæ quoque finiendæ periculum sit proximum, finem dicendi facientes, illud jam dicimus, nos non dedidisse urbem Thebanis, (nam fame, turpissimo necis genere, necari, quam hoc facere, maluissemus) sed vobis, ad quos vestra æquitate freti accessimus. Et æquum est, nisi vos exorare possimus, nos a vobis hoc saltem impetrare, ut in eundem locum, unde processimus,

* Ne se Thebanis subjici sinant etc. *et paulo infra*, Istumque diem illis in memoriam redigimus, quo cum ipsis res præclarissimas gerentes etc. *Hobbesius.* Huds.

[c] καταστήσαντας, τὸν ξυντυχόντα κίνδυνον ἐᾶσαι ἡμᾶς αὐτοὺς ἑλέσθαι· ἐπισκήπτομέν τε ἅμα, μὴ, [d] Πλαταιῆς ὄντες, [e] οἱ προθυμότατοι περὶ τοὺς Ἕλληνας γενόμενοι, Θηβαίοις, τοῖς ἡμῖν ἐχθίστοις, ἐκ τῶν ὑμετέρων χειρῶν, καὶ τῆς ὑμετέρας πίστεως, [f] ἱκέται ὄντες, ὦ Λακεδαιμόνιοι, παραδοθῆναι· [g] γενέσθαι τε σωτῆρας ἡμῶν, καὶ μὴ, τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἐλευθεροῦντας, ἡμᾶς διολέσαι.

Bell. Pelop. an. 5. Olymp. 88. 2. U.C. Varr. 327.

ξ΄. Τοιαῦτα μὲν οἱ [h] Πλαταιῆς εἶπον. οἱ δὲ Θηβαῖοι, δείσαντες, πρὸς τὸν λόγον αὐτῶν μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὶ ἐνδῶσι, [i] παρελθόντες ἔφασαν καὶ αὐτοὶ βούλεσθαι εἰπεῖν, ἐπειδὴ καὶ ἐκείνοις, παρὰ γνώμην τὴν αὐτῶν, μακρότερος λόγος ἐδόθη [k] τῆς πρὸς τὸ ἐρώτημα ἀποκρίσεως. ὡς δ' ἐκέλευσαν, ἔλεγον τοιάδε.

ξα΄. "ΤΟΥΣ μὲν λόγους οὐκ ἂν ἠτησάμεθα εἰπεῖν, εἰ καὶ αὐτοὶ βραχέως τὸ ἐρωτηθὲν ἀπεκρίναντο, καὶ μὴ ἐπὶ ἡμᾶς τραπόμενοι, κατηγορίαν ἐποιήσαντο, καὶ περὶ [l] αὐτῶν, ἔξω τῶν προκειμένων, καὶ ἅμα οὐδὲ [m] ἠτιασμένων, [n] πολλὴν τὴν ἀπολογίαν, καὶ ἔπαινον,

